

# MANUALE RITUUM

IN CURA ANIMARUM

SAEPIUS OCCURRENTIUM

E RITUALI ROMANO DESUMPTUM

*preces quae juxta S. R. C. Decretum*

*diei 21. Maii 1920 lingua vulgari dici*

*vel iterari possunt, continens*

---

1 9 5 5

ČESKÁ KATOLICKÁ CHARITA

Ordinarius Pragensis.

NIHIL OBSTAT.

*Can. prof. Josephus Beneš,*  
censor.

IMPRIMATUR.

Pragae, die 13. Aprilis 1955

*SME Can. Antonius Stehlík,*  
vicarius capitularis.

N. 2586/55.

PARS PRIMA  
DE SACRAMENTIS

# ORATIO

dicenda

ante Sacramentorum administrationem.

Pater misericordiárum et Deus totíus consolatiónis, qui liquórem sacratíssimi sánguinis Jesu Christi Unigéniti tui, ejusdémque pretiosíssimam mortem ac mérita univérſa in sacris sacraméntis recondere, et mihi velut dispensatóri tantórum mysteriórum concrédere dignátus es, óbsecro te per éadem divína mystéria, ut non respicias indignitátem et peccáta mea, sed fidem Ecclésiae tuae, cujus indignus sum miníster, ejúsque amóre grátia tua me indígnum fáciat dignum, de peccatóre justum et sanctum, ita ut munda munde, et sancta sancte tractáre, indeque fructum, quem in admirábilibus illis mystériis digne uténtibus conférre dignáris, mihi et áliis copióse váleam obtinére. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

# ORATIO

dicenda

post Sacramentorum administrationem.

Dómine Jesu Christe, dulcis amátor et sanctificátor animárum, grátias tibi ago pro ómnibus donis et bonis mihi patérne concéssis, praesértim, quod mihi indígnó ministro tuo in hujus sacraménti administratióne tuis auxiliis assístere voluísti. Obsecro te, si quid in múnere meo sive per negligéntiam, sive per ignorántiam peccáverim, pro tua pietáte et infiníta misericórdia supplére dignéris. Comméndo in tua vúlnera ánimas ómnium fidélium, quas tuo pretióso sáanguine sanctificásti, praecipue vero ánimam fámuli tui (fámulae tuae), quam modo per grátiae tuae sacramentálem infusióne sanctificásti; custódi nos a peccátis et in tuo amóre consérva, ut in virtútibus in dies magis proficiámus, atque ad vitam perducámur aetérnam. Amen.

## TITULUS I.

# DE SACRAMENTO BAPTISMI

## ORDO BAPTISMI PARVULORUM

(Vide can. CJC 735, 738, 741, 744, 750, 751, 762, 764, 767, 768.  
S. C. R. decr. diei 21. V. 1920. Rituale Rom. II. 2.)

### Ad fores ecclesiae.

Omnibus rite praeparatis Sacerdos, lotis manibus, superpelliceo et stola violacea indutus, accedat ad limen ecclesiae, ubi foris exspectant, qui infantem baptizandum detulerunt.

Sacerdos interrogat, nisi ipsi certo constet, utrum patrini Ecclesiae catholicae membra sint, quod aptius jam antea explorandum est, ne difficultates in comparandis patrinis catholicis oriantur.

Item interrogat Sacerdos, utrum jam infanti Baptismus ex necessitate ab aliquo collatus fuerit. Quod si affirmatur, Sacerdos diligenter et caute quoad valorem Baptismi investiget; et si Baptismum validum fuisse reperitur, suppleantur tantum caeremoniae, collatione sacramenti ipsius omissa.

Ante Baptismum Sacerdos astantes alloqui poterit, ut sequitur:

**Drazí v Kristu! Spasitel náš Ježíš Kristus řekl: »Nenarodí-li se kdo z vody a Ducha, nemůže vejíti do království Božího« a apoštolům přikázal: »Jděte tedy,**

učte všechny národy a křtíte je ve jménu Otce i Syna i Ducha Svatého.« Křtem svatým se vlévá do duše posvěcující milost Boží, která očišťuje od dědičného hříchu, činí křtěnce dítkem Božím a údem Církve Kristovy a zjednává přístup k věčné blaženosti. Církev ve přípravných křestních obřadech svolává na dítě milost Ducha Svatého, aby později s osvícenou myslí a ochotným srdcem přijímalo Kristovo učení a zachovávalo věrně jeho zákon. Vy kmotrové jste povoláni za mluvčí dítku a zavazujete se, že spolu s rodiči budete pečovat o to, aby se mu dostalo náležitého náboženského vzdělání a výchovy v katolickém duchu.

Církev svatá si přeje, aby se křtěncům dávalo jméno některého světce (světice). Ve svém křestním patronu má křesťan vzor pro život, prostředníka u trůnu Božího a ochránce na cestě k věčnému cíli.

**Proto se vás táži:**

**Jaké jméno jste určili tomuto dítku?**

1. *Accepto nomine baptizandi, positi, si infans fuerit, super brachium dextrum illius qui eum defert, Sacerdos ad Baptismum procedat, in hunc modum nominatim (si plures sint baptizandi, singulariter singulos) interrogans:*

**Sacerdos: N. (hic omnia nomina dicuntur) Co žádáš od Církve Boží?**

**Patrinus: Víru.**

**Sacerdos: Co tobě víra dá?**

**Patrinus: Život věčný.**

2. Sacerdos (etiam singulariter singulis):

**Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata. DÍliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut teípsum.**

**Chceš-li tedy do života vejíti, zachovávej přikázání. Milovati budeš Pána Boha svého z celého srdce svého a z celé duše své a ze vši mysli své, a bližního svého jako sebe samého.**

3. Deinde ter exsufflat leniter in faciem infantis, et dicit semel (singulariter singulis):

**Exi ab eo, immúnde spíritus, et da locum Spíritui Sancto Paráclito.**

**Odstup od něho (od ní), duchu zlý, a postup místo Duchu Svatému Utěšiteli!**

4. Postea pollice facit signum Crucis in fronte, et in pectore infantis, dicens (singulariter singulis):

**Accipe signum Crucis tam in fronte †, quam in corde †, sume fidem caeléstium praeceptórum: et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.**

**Přijmi znamení Kříže na čelo i na srdce, osvoj si věrnost v nebeských přikázáních a takových bud' mravů, abys mohl(a) býti chrámem Božím.**

**Orémus.** (In plurali pro pluribus.)

**Oratio**

**Preces nostras, quaésumus, Dómine, cleménte exáudi: et hunc Eléctum tuum (hanc Eléctam tuam) N. Crucis Domínicae impressióne signátum (signátam) per-**



pétua virtúte custódi: ut magnitúdinis tuae rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Modleme se.

Modlitby naše, prosíme, Pane, milostivě vyslyš a tohoto svého vyvoleného (tuto svou vyvolenou) N., jemuž (jíž) bylo vtisknuto znamení Kříže Páně, ustavičnou mocí ochraňuj, aby si uchoval(a) základ velikolepé slávy tvé a plněním tvých přikázání si zasloužil(a) dospěti slávy znovuzrození. Skrze Krista, Pána našeho. R̄. Amen.

5. Deinde imponat manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens dicit:

Orémus (in plurali pro pluribus.)

Oratio

Omnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) N., quem (quam)<sup>1)</sup> ad rudiménta fídei vocáre dignátus es: omnem caecitátem cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sá-tanae, quibus fúerat colligátus (colligáta): áperi ei, Dómine, jánuam pietátis tuae, ut signo sapiéntiae tuae imbútus (imbúta), ómnium cupiditátum fetóribus cáreat, et ad suávem odórem praeceptórum tuórum laetus (láeta) tibi in Ecclésia tua desérviat et proficiat de

<sup>1)</sup> In supplendis caeremoniis additur: dudum — již

die in diem<sup>2)</sup>). Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. R̄. Amen.

**Modleme se!**

Všemohoucí věčný Bože, Otče Pána našeho Ježíše Krista, rač shlédnouti na tohoto služebníka svého (tuto služebnici svou) N., jehož (kterou) jsi<sup>1)</sup> povolal k základům víry; zapud' od něho (ní) všelikou slepotu srdce; přetrhej všecka osidla Satanova, jimiž byl(a) spoután(a); otevři mu (jí), Pane, bránu své dobroty, aby jsa (jsouc) prozářen(a) znamením tvé moudrosti, byl(a) prost(a) pachu všech zlých žádostí a spěl(a) za libou vůni tvých přikázání, rád(a) ti sloužil(a) v tvé Církvi a den ze dne více prospíval(a)<sup>2)</sup>. Skrze téhož Krista, Pána našeho. R̄. Amen.

6. Deinde Sacerdos benedicit sal (capite tecto), quod semel benedictum alias ad eundem usum deservire potest.

### Benedictio salis

**Exorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei † Patris omnipoténtis, et in caritáte Dómini nostri Jesu † Christi, et in virtúte Spíritus † Sancti. Exorcízo te per**

<sup>2)</sup> In splendendis caeremoniis additur:

ut idóneus (-a) sit frui Baptísmi tui, quem suscépit, salis percépta medicína. Per eúndem Christum, Dóminum. R̄. Amen.

aby po požití léku soli byl(a) schopen (schopna) těžiti z milosti tvého křtu, jehož se mu (jí) dostalo. Skrze téhož Krista, Pána našeho. R̄. Amen.

Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum †, qui te ad tutelam humáni géneris procreávit, et pópulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári praecépit, ut in nómine sanctáe Trinitátis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimicum. Proínde rogámus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo † sanctífices, et benedicéndo † benedícas, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáeculum per ignem. R̄. Amen.

7. Deinde immittit modicum salis benedicti in os infantis, dicens (singulariter singulis):

N., áccipe sal sapiéntiae: propitiátió sit tibi in vitam aetérnam. R̄. Amen.

N., přijmi sůl moudrosti; budiž ti ochranou k životu věčnému. R̄. Amen.

Sacerdos: Pax tecum. R̄. Et cum spírítu tuo.

Pokoj s tebou. R̄. I s duchem tvým.

Orémus (in plurali pro pluribus)

Oratio

Deus patrum nostrórum, Deus univérsae cónditor veritátis, te súpplíces exorámus, ut hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) N. respícere dignéris propítius, et hoc<sup>1</sup>) primum pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permíttas, quóminus cibo expleátur caelésti, quátenus sit semper spírítu fervens, spe gaudens, tuo

semper nómini sérvians.<sup>2)</sup> Perduc eum (eam), Dómine, quáesumus, ad novae regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum aetérna práemia cónsequi mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Modleme se!

Bože otců našich, Bože, původce veškeré pravdy, pokorně tě prosíme, rač milostivě shlédnouti na tohoto svého služebníka (tuto svou služebnici) N., a když okusil(a) této<sup>1)</sup> první krmě soli, nenechávej ho (ji) déle lačněti, nýbrž nasyť ho (ji) pokrmem nebeským, aby s duchem vždy horlivým a s radostnou nadějí neustále sloužil(a) tvému jménu.<sup>2)</sup> Doved' ho (ji), prosíme, Pane, k obrodné lázni, aby si zasloužil(a) s tvými věrnými dojítí věčné odměny tvých zaslíbení. Skrze Krista, Pána našeho. R̄. Amen.

8. Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Pa † tris, et Fí † lii, et Spíritus † Sancti, ut éxeas, et re-

1) In splendendis caeremoniis omittitur: p r i m u m — první

2) In splendendis caeremoniis prosequitur:

Et, quem (quam) ad novae regeneratiónis lavácrum perduxisti, quáesumus, Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum aetérna práemia cónsequi mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Prosíme, Pane, aby ten (ta), kterého (kterou) jsi přivedl k obrodné lázni, zasloužil(a) si s tvými věrnými dojítí věčné odměny tvých zaslíbení. Skrze Krista, Pána našeho. R̄. Amen.

cédas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N.: Ipse enim tibi ímperat, maledícite damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergéti déxteram porréxit.

Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N., quia ístum (istam) sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens (singulariter singularis):

Et hoc signum sanctae Cru † cis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam áudeas violáre. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.  
R. Amen.

9. Mox imponit manum super caput infantis (singulorum infantium), et postea manum extensam tenens, dicit:

**Orémus** (in plurali pro pluribus) **Oratio** (detecto capite)

Aetérnam ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N. (hanc fámulam tuam N.), ut dignéris eum (eam) illumináre lúmine intelligéntiae tuae: munda eum (eam), et sanctífica: da ei sciéntiam veram,<sup>1)</sup> ut, dignus (-a) grátia Baptísmi tui effectus (-a), téneat firmam spem, consí-

lium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Modleme se!

Věčnou a nejvyšš spravedlivou tvoji milostivost, Hospodine svatý, všemohoucí Otče, věčný Bože, původce světla a pravdy, vzývám nad tímto služebníkem tvým (touto služebnicí tvou) N., abys ho (ji) ráčil osvítiti světlem své rozumnosti; očist' ho (ji) a posvěť; dej mu (jí) pravé vědění,<sup>1)</sup> aby uznán(a) jsa (jsouc) za hodna(ou) tvého křtu, držel(a) se pevné naděje, správné rady a svaté nauky. Skrze Krista, Pána našeho.

R̄. Amen.

10. Postea Sacerdos imponit extremam partem stolae pendentem a suo humero sinistro super infantem, et introducit eum (quem sequuntur ceteri) in ecclesiam, dicens (in plurali pro pluribus):

N., Ingrédere (Ingrédimini) in templum Dei, ut hábeas (-atis) partem cum Christo in vitam aetérnam.

R̄. Amen.

---

<sup>1)</sup> In splendendis caeremoniis Sacerdos prosequitur: ut dignus (-a) sit frui grátia Baptísmi tui quem suscepit: téneat firmam spem consílium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus (-a) sit ad retinéndam grátiam Baptísmi tui. Per Christum, Dóminum nostrum. R̄. Amen.

aby byl(a) hoden (hodna) požívati milosti tvého křtu, kterého se mu (jí) dostalo; ať se drží pevné naděje, správné rady a svaté nauky, aby byl(a) schopen (schopna) uchovati si milost tvého křtu. Skrze Krista, Pána našeho. R̄. Amen.

**N., Vejdi do chrámu Božího, abys měl(a) podíl s Kristem v životě věčném. R̄. Amen.**

**I n e c c l e s i a**

11. Cum fuerint ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem, cum susceptoribus conjunctim clara voce dicit:

**Věřím v Boha, Otce všemohoucího, Stvořitele nebe i země. I v Ježíše Krista, Syna jeho jediného, Pána našeho; jenž se počal z Ducha svatého, narodil se z Marie Panny; trpěl pod Pontským Pilátem, ukřižován, umřel i pohřben jest; estoupil do pekel, třetího dne vstal z mrtvých; vstoupil na nebesa, sedí na pravici Boha Otce všemohoucího; odtud přijde soudit živých i mrtvých. Věřím v Ducha svatého, svatou Církev obecnou, svatých obcování; odpuštění hříchů; těla vzkříšení; život věčný. Amen.**

**Otče náš, jenž jsi na nebesích! Posvět' se jméno tvé; přijd' království tvé; bud' vůle tvá jako v nebi, tak i na zemi; chléb náš vezdejší dej nám dnes; a odpusť nám naše viny, jakož i my odpouštíme našim vinníkům; a neuvod' nás v pokušení; ale zbav nás od zlého. Amen.**

12. Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, versis re-nibus ostio cancellorum Baptisterii, dicit (in plurali pro pluribus):

**E x o r c i s m u s** (capite tecto)

**Exorcízo te, omnis spírítus immúnde, in nómine Dei † Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu † Christi**

**Fílii ejus, Dómini et Júdicis nostri, et in virtúte Spíritus † Sancti, ut discédas ab hoc plásmate Dei N., quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et saéculum per ignem. R̄. Amen.**

13. Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui (quod omittitur quotiescumque rationabilis adest causa munditiei tuendae aut periculum morbi contrahendi vel propagandi), et tangit aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicit (singulariter singulis):

**Ephpheta, quod est, Adaperire: Deinde tangit nares dicens: In odórem suavitátis. Tu autem effugáre, diábole; appropinquábit enim júdícium Dei.**

Addere potest:

**Pán tobě otevři sluch, abys rád(a) slyšel(a) slova božské pravdy, a kéž tě vábí vůně jeho ctností, abys ho následoval(a)!**

14. Postea interrogat baptizandum nominatim, dicens (singulariter singulis):

**N., odříkáš se zlého ducha?**

Respondet Patrinus: **Odříkám.**

Sacerdos: **I všech skutků jeho?**

Patrinus: **Odříkám.**

Sacerdos: **I vši pýchy jeho?**

Patrinus: **Odříkám.**



15. Deinde Sacerdos (detecto capite) intingit pollicem in oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens semel (singulariter singulis):

**Ego te línio † óleo salútiŝ in Christo Jesu, Dómi-  
no nostro, ut hábeas vitam aetérnam. R̄. Amen.**

**Maži tě olejem spásy v Kristu Ježíši, Pánu našem,  
abys měl(a) život věčný. R̄. Amen.**

Addere potest:

**Duch Páně zůstávej vždycky s tebou, abys statečně  
bojoval(a) v čas pokušení a podle svaté víry svatě  
žil(a).**

16. Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili.

17. Stans ibidem extra cancellos, deponit stolam violaceam, et sumit stolam albi coloris. Tunc ingreditur Baptisterium, in quod intrat etiam patrinus cum infante.

Sacerdos ad Fontem interrogat, expresso nomine, baptizandum (singulos baptizandos), patrinus respondente:

**Sacerdos: N., věříš v Boha, Otce všemohoucího,  
Stvořitele nebe i země?**

**Patrinus: Věřím.**

**Sacerdos: Věříš v Ježíše Krista, Syna jeho jediného,  
Pána našeho, narozeného i ukřižovaného?**

**Patrinus: Věřím.**

**Sacerdos: Věříš i v Ducha svatého, svatou Církev  
obecnou, svatých obcování, odpuštění hříchů, těla  
vzkříšení a život věčný?**

**Patrinus: Věřím.**

18. Subinde, expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit (singulariter singulis):

Sacerdos: **N.** (hic omnia nomina dicuntur), **chceš býti pokřtěn?**

Patrinus: **Chci.**

19. Tunc patrino, vel matrino, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo, seu urceolo accipit aquam baptismalem, et eam ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte, et attente, dicit (singulariter singulis):

**N., Ego te baptízo in nómine Pa † tris, fundit primo, et Fí † lii, fundit secundo, et Spíritus † Sancti, fundit tertio.**

20. Si vero dubitetur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:

**N., Si non es baptizátus (baptizáta), ego te baptízo in nómine Pa † tris, et Fí † lii, et Spíritus † Sancti.**

21. Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens (singulariter singulis):

**Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christí, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissionem ómnium peccatórum, (hic inungit) ipse te líniat † Chrismate salutis in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam aetérnam. R. Amen.**

**Všemohoucí Bůh, Otec Pána našeho Ježíše Krista,**

jenž tebe znovuzrodil vodou a Duchem svatým a jenž tobě udělil odpuštění všech hříchů, pomaz tě křížmem spásy v témže Kristu Ježíši, Pánu našem, k životu věčnému. *R.* Amen.

Sacerdos: Pax tibi. — Pokoj tobě.

*R.* Et cum spírítu tuo. — I s duchem tvým.

22. Tum bombacio, vel re simili, abstergit pollicem et locum inunctum, et imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albae, dicens (singulariter singulis):

Accipe vestem cándidam, quam pérferas immaculátam ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam aetérnam. *R.* Amen.

Přijmi bělostné roucho a přines je bez poskvrny před soudní trůn Pána našeho Ježíše Krista, abys měl(a) věčný život. *R.* Amen.

23. Postea dat ei, vel patrino, candelam accensam, dicens (singulariter singulis):

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut cum Dóminus vénerit ad núptias, possis occúrrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula caelésti, et vivas in saécula saeculórum. *R.* Amen.

Přijmi hořící svíci a udržuj svůj křest bez úhony; zachovávej Boží přikázání, abys mohl(a), až Pán přijde k nebeské svatbě, jíti mu v ústrety se všemi svatými nebeského dvoru a živ(a) byl(a) na věky věků. *R.* Amen.

24. Postremo dicit (in plurali pro pluribus):

**N. (omnia nomina) Vade (Ite) in pace, et Dóminus sit tecum (vobíscum). R̄. Amen.**

25. Patrinum autem (seu Matrinam) admoneat Sacerdos, his vel similibus verbis:

**Drazí v Kristu! Byli jste svědky velikého divu Boží moci, moudrosti a lásky. Když náš Spasitel, který se stal beránkem snímajícím hříchy světa, přijal v Jordánu křest pokání, otevřelo se nebe a ozval se hlas Otce nebeského: »Tento je Syn můj milý, v němž se mi zalíbilo« a Duch svatý se dal poznati v podobě holubice. Pro zásluhy Syna Božího, který ve své vševedoucnosti o každém z nás věděl a za každého se obětoval, otevřelo se nyní nebe také nad tímto dítkem. Duch svatý sestoupil do jeho duše se svou milostí a se svými dary a Otec nebeský též o něm prohlašuje: »Toto je dítě mé milé, v němž se mi zalíbilo.« Dobrotivý Bůh je přijal u tohoto svátostného Jordánu za své dítě, vybavil je královským věnem posvěcující milosti a učinil je dědicem království Božího. Stalo se členem veliké rodiny Kristovy, jeho svaté Církve a má tudíž od té chvíle podíl na všech jejích modlitbách a obětech. Svátí a světice Boží je přijímají za svého bratříčka (za svou sestřičku) a budou mu (jí) pomáhati svými přímluvami.**

Nyní bude úkolem tohoto dítko Božího, aby nejen si uchovalo ty vzácné vlohy a dary, ale aby je v sobě

rozvíjelo a pěstilo. Kéž z těch svatých hřiven vytěží bohatý zisk pro věčnost!

Vám, drazí kmotrové, Pán Bůh svěřuje toto své dítě, abyste spolu s rodiči nad ním bděli a jemu na životní cestě pomáhali. Svatým křtem vstoupilo to dítě v duchovní příbuzenství s vámi a bude vám povinováno úctou. Proto zejména příkladem věrného plnění náboženských povinností mu sviťte na cestu. Tak se dočkáte s rodiči radosti nad ním a odplaty v nebesích. Pán Bůh vám k tomu žehnej a pomáhej!

26. Ritus superius descriptus servandus est etiam a Diacono Baptismum sollemniter ministrante, qui tamen sale et aqua utetur a Sacerdote ad hunc finem rite prius benedictis.

27. Admonendi sunt susceptores de spirituali cognatione, quam contraxerunt cum baptizato; quae cognatio impedit Matrimonium, ac dirimit.

28. Curet Parochus parentes infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi, vel nutrices parvulum habeant, propter oppressionis periculum; sed eum diligenter custodiant, et opportune ad christianam disciplinam instituant.

29. Commonendi sunt etiam parentes, et alii, si opus fuerit, ne filios hebraeis, aliisve infidelibus, vel haereticis mulieribus ullo modo lactandos, aut nutriendos tradant.

30. Antequam infans ex ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, eorum nomina, et alia de administrando Baptismo ad praescriptam formam in Baptismali libro Parochus accurate describat.

31. Si Baptismus nec a proprio Parocho nec eo praesente administratus fuerit, minister de ipso collato quamprimum proprium ratione domicilii Parochum baptizati certiolem reddat.

32. Ad collatum Baptismum comprobandum, si nemini fiat praejudicium, satis est unus testis omni exceptione major, vel ipsius baptizati iusjurandum, si ipse in adulta aetate Baptismum receperit.

## TITULUS II.

# DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS

### in periculo mortis conferendo.

#### VI APOSTOLICI INDULTI DIEI 14. SEPTEMBRIS 1946

Cum tempus advenerit, quo Sacerdos, utens facultate sibi ab Apostolica Sede tributa, administrare Confirmationem aegrotanti in periculo mortis constituto intendit, saltem stola, si superpellicem habere non possit, indutus, circumstantes admoneat, quod nullus alius, nisi Episcopus, Confirmationis ordinarius minister est; se vero collaturum esse illam jure per S. Sedem delegato. Cavere debet ne coram hæreticis aut schismaticis, et multo minus eis ministrantibus, confirmet.

Dein moneat patrinum (vel matrinam), ut ponat manum suam dexteram super humerum dexterum confirmandi, sive infantis, sive adulti.

Stans igitur versa facie ad confirmandum, junctis ante pectus manibus, dicit:

**℣. Spíritus Sanctus supervéniat in te, et virtus Altísimi custódiat te a peccátiis.**

**℞. Amen.**

Deinde, signans se a fronte ad pectus signo crucis, dicit:

**℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**

**℞. Qui fecit caelum et terram.**

℣. **Dómine, exáudi oratióem meam.**

℞. **Et clamor meus ad te véniat.**

℣. **Dóminus vobíscum.**

℞. **Et cum spírítu tuo.**

Tunc, extensis versus confirmandum manibus, dicit:

**Orémus.**

**Oratio**

**Omnípotens sempitérne Deus, qui regeneráre dignátus es hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) ex aqua et Spírítu Sancto, quique dedísti ei remissionem ómnium peccatórum: emítte in eum(eam) septifórmem Spírítum tuum Sanctum Paráclítum de caelis.**

℞. **Amen.**

℣. **Spírítum sapiéntiae et intelléctus.**

℞. **Amen.**

℣. **Spírítum consílii et fortitúdinis.**

℞. **Amen.**

℣. **Spírítum sciéntiae et pietátis.**

℞. **Amen.**

**Adímple eum (eam) Spírítu timóris tui, et consígna eum (eam) signo Cru † cis Christi, in vitam propitiátus aetérnam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spírítus Sancti Deus, per ómnia saécula saéculórum.**

Postea Sacerdos inquit de nomine confirmandi, et summitate pollicis dexteræ manus Chrismate intincta, confirmat eum dicens:



**N. SIGNO TE SIGNO CRU † CIS, quod dum dicit, imposita manu dextera super caput confirmandi, producit pollice signum crucis in fronte illius, deinde prosequitur: ET CONFIRMO TE CHRISMATE SALUTIS, IN NOMINE PA † TRIS ET FI † LI ET SPIRITUS † SANCTI.**

**R. Amen.**

Et leviter eum in maxilla caedit, dicens:

**Pax tecum.**

Sacerdos, postquam frontem confirmandi linierit sacro Chrismate, eam gossypio diligenter abstergat.

Tergit postea cum mica panis, et lavat pollicem et manus super pelvim; deinde aquam lotionis cum pane et gossypio in vase mundo reponat et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium.

Post lotionem ab ipso Sacerdote dicitur:

**Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.**

**℟. Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.**

Et repetitur Antiphona: **Confirma hoc, Deus, etc.**

Qua repetita, Sacerdos stans versus infirmum, junctis ante pectus manibus, dicit:

**℟. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.**

**R. Et salutáre tuum da nobis.**

**℟. Dómine, exáudi oratióem meam.**

**R̄. Et clamor meus ad te véniat.**

**Ÿ. Dóminus vobíscum.**

**R̄. Et cum spírítu tuo.**

Junctis vero adhuc ante pectus manibus, dicit:

**Orémus.**

**Oratio**

**Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spírítum, et per eos eorúmque successóres céteris fidélibus tradéndum esse voluísti; réspice propítius ad humilitátis nostrae famulátum, et praesta, ut ejus cor, cujus frontem sacro Chrísmate delinívimus, et signo sanctae Crucis signávimus, idem Spírítus Sanctus in eo supervéniens, templum glóriae suae dignánte in habitándo perfíciat. Qui cum Patre et eódem Spírítu Sancto vivis et regnas Deus, in saécula saeculórum.**

**R̄. Amen.**

Deinde dicit:

**Ecce sic benedicétur homo, qui timet Dóminum.**

Et vertens se ad confirmatum, ac faciens super eum signum Crucis, dicit:

**Bene † dícat te Dóminus ex Sion, ut vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitae tuae, et hábeas vitam aetérnam.**

**R̄. Amen.**

## TITULUS III.

### DE SACRAMENTO PAENITENTIAE

Sacerdos ad audiendam Confessionem vocatus, promptum facilemque se præbeat: ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium recte, sancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.

#### **Oratio audituri Confessiones.**

(Indulg. 100 dierum. Pius IX. 27. Martii 1854.)

**Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistricem sapiéntiam, ut sciam judicáre pópulum tuum in justítia, et páuperes tuos in iudício. Fac me ita tractáre claves regni caelórum, ut nulli apériam, cui claudéndum sit, nulli claudam, cui aperiéndum sit. Sit inténtio mea pura, zelus meus sincérus, cáritas mea pátiens, labor meus fructuósus. Sit in me lénitas non remíssa, aspéritas non sevéra, páuperem ne despíciam, díviti ne áduler. Fac me ad alliciéndos peccatóres suávem, ad interrogándos prudéntem, ad instruéndos perítum. Tribue, quaeso, ad retrahéndos a malo solértiam, ad confirmándos in bono sedulitátem, ad promovéndos ad melióra indústriam, in respónsis maturitátem, in consíliis rectitúdinem, in obscúris lumen, in impléxis sagacitátem, in árduis victóriam; inutilibus collóquiis**

**ne detinear, pravis ne contáminer, álios salvem, me-  
ípsum ne perdam. Amen.**

Quando pænitens ad confitendum accedit, genuflectat; Sa-  
cerdos benedicens illi, dextera manu signum Crucis faciendo,  
dicere solet:

**Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis, ut rite  
confiteáris peccáta tua, in nómine Patris, et Fílii, †  
et Spíritus Sancti. Amen.**

## CAPUT 1.

### ABSOLUTIONIS FORMA

1. Cum Sacerdos pænitentem absolvere velit, injuncta ei prius,  
et ab eo acceptata salutari paenitentia, primo dicit:

**Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis pec-  
cátis tuis, perdúcat et ad vitam aetérnam. Amen.**

2. Deinde dextera versus paenitentem elevata, dicit:

**Indulgéntiam, absolutiónem, et remissionem pec-  
catórum tuórum tríbuat tibi omnípotens, et miséricors  
Dóminus. Amen.**

**Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et  
ego auctoritáte ipsíus te absólvo ab omni vínculo  
excommunicatiónis, suspensiónis, et interdícti, in  
quantum possum, et tu índiges. Deínde ego te absólvo  
a peccátis tuis, in nómine Patris, et Fílii, † et Spí-  
ritus Sancti. Amen.**

3. Si paenitens sit laicus, omittitur verbum **suspensionis**.  
**Pássio Dómini nostri Jesu Christi, mérita beátae**  
**Maríae Vírginis, et ómnium Sanctórum, quidquid boni**  
**féceris, et mali sustinúeris, sint tibi in remissionem**  
**peccatórum, augméntum grátiae, et praémium vitae**  
**aetérnae. Amen.**

4. Justa de causa omitti potest, **Misereátur, etc.** et satis  
 erit dicere: **Dóminus noster Jesus Christus, tec.** ut supra  
 usque ad illud: **Pássio Dómini nostri, etc.**

5. Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis,  
 Sacerdos breviter dicere poterit:

**Ego te absolvo ab ómnibus censúris, et peccátis,**  
**in nómine Patris, et Filii, † et Spíritus Sancti. Amen.**

## CAPUT 2.

### DE MODO ABSOLVENTI A SUSPENSIONE VEL AB INTERDICTO EXTRA VEL INTRA SACRA- MENTALEM CONFSSIONEM ET DISPENSANDI SUPER IRREGULARITATE.

1. Si Sacerdoti sit commissa facultas absolvendi aliquem  
 a suspensione, vel interdicto, quamvis nulla verba sint praecipue  
 determinata, uti poterit hac formula:

Pænitens dicit: **Confíteor Deo omnipoténti, etc.**

Sacerdos: **Misereátur tui, etc. Indulgéntiam, etc.**

**Auctoritáte mihi ab N. trá dita, ego absolvo te**

a vínculo suspensiónis (vel interdicti), quam (vel quod) propter tale factum (vel talem causam) incurristi (seu incurrisse declaratus es), in nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. Amen.

2. Si vero Confessario, sive in foro conscientiae, sive extra, data sit potestas dispensandi super irregularitate, tunc postquam absolverit a peccatis, addat consequenter:

Et eádem auctoritate dispénso tecum super irregularitate (vel irregularitatibus, si sint plures) in quam (vel in quas) ob talem causam (vel tales causas, eas exprimendo) incurristi: et hábilem reddo, et restituo te exsecutióni Ordinum, et officiórum tuórum, in nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. Amen.

3. Si nullum habet Ordinem, dicatur:

Hábilem reddo te ad omnes Ordines suscipiéndos, vel etiam ad alia, juxta tenorem mandati.

4. Quod si necesse sit titulum beneficii restituere, et fructus male perceptos condonare, subjungat:

Et restituo tibi titulum (seu títulos) Benefícií (seu Beneficiórum), et condóno tibi fructus male percéptos, in nómine Patris, et Fílii †, et Spíritus Sancti. Amen.

5. Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis suæ terminos excedat.

## CAPUT 3.

**FORMA ABSOLUTIONIS AB EXCOMMUNICACIONE IN FORO INTERIORI.**

In foro interiori, Confessarius habens facultatem absolvendi excommunicatum, absolvat juxta formam communem supra praescriptam in absolute sacramentali.

## CAPUT 4.

**FORMA EXSEQUENDI DISPENSATIONEM CIRCA IMPEDIMENTA MATRIMONII OCCULTA**

Quamvis pro hujusmodi dispensationibus formulae determinatae non sint praescriptae, juvat tamen exempla quaedam proponere:

Quodsi Confessarius dispensandi facultatem super impedimento quodam occulto a S. Sede vel ab Ordinario impetraverit, paenitentis sacramentali confessione audita, paenitentia salutari injuncta et absolute a peccatis modo consueto impertita, dicat:

1. In casu matrimonii contrahendi:

**Et insuper auctoritate Summi Pontificis (vel Reverendissimi Ordinarii) mihi specialiter commissa dispense tecum super occulto impedimento (hic exprimat impedimentum, super quo dispensatio conceditur), ut praefato impedimento non obstante matrimonium hoc, servata forma in Ecclesia praescripta,**

válide et lícite contráhere, lícite consummáre ac in eo remanére possis, in nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. Amen. — Pássio Dómini nostri Jesu Christi . . . etc.

2. In casu matrimonii simpliciter convalidandi, jam prius quidem in facie Ecclesiae invalide tamen initi:

Et ínsuper auctoritáte Summi Pontíficis (vel Reverendíssimi Ordinárii) mihi speciáliter commíssa dispénso tecum super occúlto impediménto (hic exprimatur impedimentum, super quo dispensatio conceditur), ut praefáto impediménto non obstánte, renováto consénsu matrimoniáli, cum cónjuge tua (tuo) putatíva (—ivo) matrimónium válide et lícite contráhere, lícite consummáre ac in eo remanére possis, in nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. Amen. — Pássio Dómini nostri Jesu Christi . . . etc.

3. In casu matrimonii in radice sanandi:

Et ínsuper auctoritáte Summi Pontíficis (vel Rev. mi Ordinárii) mihi speciáliter commíssa, matrimónium a te cum cónjuge tua putatíva (tuo putatívo), in consénsu matrimoniáli adhuc permanénte, inválide contráctum, in radice sano et conválido prolémque susceptam (vel: suscipiéndam) legítimam decláro, in nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. Amen. — Pássio Dómini nostri Jesu Christi . . . etc.



## CAPUT 5.

**FORMULA BENEDICTIONIS CUM INDULGENTIA  
PLENARIA PRO TERTIARIIS SAECULARIBUS, SI  
HAEC INDULGENTIA IMMEDIATE POST SACRA-  
MENTALEM ABSOLUTIONEM IMPERTIATUR****ABSOLUTIO GENERALIS**

**Dóminus noster Jesus Christus, qui beáto Petro Apóstolo dedit potestátem ligánda atque solvénda, ille te absólvat ab omni vínculo delictórum, ut hábeas vitam aetérnam et vivas in saecula saeculórum. Amen.**

**Per sacratíssimam passiónem et mortem Dómini nostri Jesu Christi, précibus et méritis beatíssimae semper Vírginis Maríae, beatórum Apostolórum Petri et Pauli, beáti Patris nostri N. et ómnium Sanctórum, auctoritáte a Summis Pontíficibus mihi commíssa, plenáriam indulgéntiam ómnium peccatórum tuórum tibi impértior. In nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. Amen.**

Si ex rationali causa tota formula usurpari nequeat, dicat:

**Auctoritáte a Summis Pontíficibus mihi concéssa plenáriam ómnium peccatórum tuórum indulgéntiam tibi impértior. In nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. Amen.**

Omnes et singuli sodales III. Ordinis S. Francisci et S. Domini facultatem habent, cujus vi Absolutionem generalem seu Benedictionem a quovis Confessario post sacramentalem confessionem excipere valent, pridie et quolibet die infra octiduum earum festivitatum, quibus eadem benedictio est adnexa.

Haec benedictio tantummodo modo privato post sacramentalem confessionem in confessionali dari potest (exceptis Tertiariis aegrotis, qui Absolutionem generalem etiam extra confessionale, servatis ceteris condicionibus, lucrari possunt).

Sodales, qui juxta Canon. 931, § 3 solent saltem bis in mense ad paenitentiae sacramentum accedere aut sanctam communionem in statu gratiae recipere cotidie, quamvis semel aut iterum per hebdomadam ab eadem abstineant, possunt omnes indulgentias consequi, etiam sine actuali confessione, quae ceteroquin ad eas lucrandas necessaria foret (exceptis indulgentiis jubilaei); illi ergo ad recipiendam Absolutionem generalem etiam ad confessionale accedere debent, quamvis sacramentalem confessionem hac die non peragant.

## TITULUS IV.

# DE SS. EUCHARISTIAE SACRAMENTO

### CAPUT I.

## ORDO MINISTRANDI SACRAM COMMUNIONEM.

1. Sacerdos sanctissimam Eucharistiam extra Missam ministraturus, hostiis seu particulis pro populi multitudine consecratis, ante eos, qui communionem sumpserint, linteo mundo extenso, lotis prius manibus, et superpelliceo indutus, ac desuper stola coloris semper albi vel Officio illius diei convenientis, præcedente Clerico, seu alio ministro, procedit ad Altare (capite cooperto et) manibus junctis, et accensis cæreis, facta prius et postea genuflexione extrahit pyxidem, et illam super corporale depositam, discooperit. Minister genibus flexis nomine populi ad cornu Epistolæ facit confessionem generalem, dicens:

**Confíteor Deo omnipoténti, etc.**

2. Tum Sacerdos iterum genuflectit, et manibus junctis ante pectus, vertit se ad populum (advertens, ne terga vertat Sacramento), et in cornu Evangelii dicit:

**Misereátur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam aetérnam. R̄. Amen.**  
Et addit: **Indulgéntiam, absolutiónem †, et remissiónem peccatórum vestrórum tríbuat vobis omnípotens, et miséricors Dóminus. R̄. Amen.**

Dicens **Indulgéntiam, etc.** manu dextera in forma Crucis signat communicandos.

3. Deinde ad Altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem prehendit; dextera vero sumit unam particulam, quam inter pollicem et indicem tenet aliquantulum elevatam super pyxidem: conversusque ad populum in medio Altaris dicit clara voce:

**Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. \*)**  
Mox subdit: **Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea \*)**; quod iterum, ac tertio repetit: qua formula etiam utendum est, cum feminae Communio administratur.

4. Postea ad communicandum accedit, incipiens ab iis, qui sunt ad partem Epistolæ; sed primo, si Sacerdotibus, vel aliis ex Clero danda sit Communio, iis ad gradus Altaris genuflexis præbeatur, vel, si commode fieri potest, intra sepimentum Altaris sint a laicis distincti. Sacerdotes vero et Diaconi communicantes utantur stola coloris albi vel ejusdem coloris ac Sacerdos qui ministrat.

5. Sacerdos unicuique porrigens Sacramentum, et faciens cum eo signum Crucis super pyxidem, simul dicit:

**Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam aetérnam. Amen.**

6. Ubi vero omnes communicaverint, Sacerdos reversus ad Altare, pyxidem super corporale deponit, genuflectit, ac deinde dicit:

**O sacrum convívium, in quo Christus súmitur, recólitur memória passiónis ejus, mens implétur grátia,**

---

\*) Non licet hæc dicere idiomate vulgari. S. R. C. 23. Maii 1835. D. 2725 ad 5.

et futúrae glóriæ nobis pignus datur. Tempore Paschali et per Octavam Corporis Christi additur: **Allelúja.**

**℣. Panem de caelo praestitisti eis.**

**℞. Omne delectaméntum in se habéntem.**

Tempore paschali et per Octavam Corporis Christi additur: **Allelúja.**

7. Mox Sacerdos dicit:

**℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.**

**℞. Et clamor meus ad te véniat.**

**℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.**

### Orémus.

**Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquisti: tríbue, quaesumus; ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuae fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℞. Amen.**

Tempore Paschali dicitur Oratio:

**Spírítum nobis, Dómine, tuae caritátis infúnde: ut, quos Sacraméntis paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spírítus Sancti Deus, per omnia saécula saeculórum. ℞. Amen.**

8. Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut si aliquod fragmentum digitis adhæserit, illud in pyxidem deponat, et eosdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, in vase cum aqua parato abluat, et abstergat purificatorio. Postea reponit pyxidem in tabernaculo, genuflectit, et ipsius tabernaculi ostium clave obserat.

9. Deinde elevatis oculis, extendens, elevans et jungens manus caputque Cruci inclinans dicit: **Benedictio Dei omnipotentis,** et versus ad populum semel tantum benedicens prosequitur **Patris, et Filii, † et Spiritus Sancti, descéndat super vos et máneat semper. R. Amen.**

Et ita iis, qui communicarunt, benedicit Sacerdos tam extra Missam, quam proxime ante vel statim post ipsam.

10. Intra Missam autem Communio populi statim post Communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet (nisi quandoque ex rationabili causa [ante vel] post Missam [etiam defunctorum, in quo casu benedicto est omittenda,] sit facienda), cum Orationes, quæ in Missa post Communionem dicuntur, non solum ad Sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent.

11. Itaque Sacerdos, sumpto sacratissimo Sanguine, antequam se purificet, (genuflectat,) ponat Particulas consecratas in pyxide, vel si pauci sint communicandi, super patenam, nisi a principio positæ fuerint in pyxide; et genuflectit (iterum) ministro interim faciente confessionem, ut supra. Postea vertens se ad populum, in cornu Evangelii dicit: **Misereátur vestri,** etc. et eo quo supra dictum est modo, porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens a ministris Altaris, si velint communicare, Finita Communione revertitur ad Altare, nihil dicens, neque dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Missae. Deinde dicit secreto: **Quod ore sumpsimus, etc.** ut in

Missali, se purificat, et Missam absolvit. Quodsi contingat, absoluta Missa (et dictis precibus, in fine Misæ privatæ præscriptis), statim aliquos interdum communicare, tunc Sacerdos adhuc Planeta indutus, sacram Communionem eo modo, quo supra dictum est, ministrabit.

## CAPUT 2.

### ORDO MINISTRANDI VIATICUM ET COMMUNIONEM INFIRMORUM

Sacerdos ingrediens locum, ubi jacet infirmus, dicit:

**℣. Pax huic dómui.**

**℞. Et ómnibus habitántibus in ea.**

**Pokoj budiž tomuto domu a všem, kteří v něm přebývají.**

Tum depositum Sacramentum super mensam genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus; mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum, et cubiculum, et circumstantes, dicens:

**Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.**

**Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.**

**Glória Patri . . . Sicut erat . . .**

Et repetitur: **Aspérges me . . .**

**℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**

**℞. Qui fecit caelum et terram.**

**℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.**

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spírítu tuo.

**Orémus.**

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de caelis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum, Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Vyslyš nás, Hospodine svatý, Otče všemohoucí, věčný Bože, a rač seslati s nebe svého svatého Anděla, aby střežil, povzbuzoval, chránil, opatroval a bránil všechny obyvatele tohoto příbytku. Skrze Krista, Pána našeho. Amen.

Cum saepius occurrat, ut in eadem visitatione Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae (et Extraemae Unctionis) infirmo ministrantur, sacerdos potest infirmum ad ipsa sancte suscipienda his vel similibus verbis disponere:

**Pokloňme se Pánu Ježíši, jenž je zde ve svaté Hostii přítomen, a modlete se v duchu se mnou:**

**Pochválen a pozdraven budiž Ježíš Kristus v nejsvětější Svátosti oltářní!**

**Pane Ježíši Kriste, Bože a Spasiteli můj! Věřím pevně, že jsi zde opravdově přítomen, se svým božstvím i člověčenstvím, s tělem i duší. Ačkoli tě zrakem tělesným nevidím, vyznávám se svatým Petrem: Ty jsi Kristus, Syn Boha živého. Ačkoli se nedotýkám tvých**



oslavených ran, přece se svatým Tomášem se ti klaním v hluboké pokoře a ve svatém údivu volám: Pán můj a Bůh můj!

Jsi zde se stejnou mocí, slávou a velebností, jako v nebesích, kdež andělé neustále tobě pějí: Svatý, svatý, svatý Pán Bůh zástupů! Jsi zde se stejnou dobrotou a láskou svého milujícího Srdce, jako když jsi procházel končinami judskými a galilejskými a ochotně se ujímal všech, kdož se tvé pomoci dovolávali.

Co tě přimělo, Pane, aby ses tak ponížil a skryl v této Svátosti a vstupoval až do našich příbytků? Jen tvá nevystihlá dobrota a nesmírné milosrdenství k ubohým hříšníkům tě přivádí k nám. Ty jsi dobrý pastýř, který spěchá za ztracenou ovečkou, aby ji zmořenou vzal na svá bedra a občerstvil na svém Srdci. Ty jsi pravý milosrdný Samaritán, který zachraňuješ člověka oloupeného a hynoucího na cestě, naléváš hojivého balzámu milosti do jeho ran a vracíš ho k životu.

Pane Ježíši, Ty znáš mé neduhy tělesné i duševní. Ty jsi slyšel mé prosebné volání i přicházíš ke mně pln dobroty a slítovnosti. Vítám tě pokorně a vroucně, Spasiteli můj, klaním se ti z hloubi duše a děkuji ti, že ke mně přicházíš.

Ty však, skrytý Spasiteli, jsi také naším Soudcem. Před tebou, nejvyšším svatým a spravedlivým Bohem mám i já jednou stanout a vydat počet z celého svého života. Ale ty jsi také řekl, že jsi nepřišel soudit svět, nýbrž

spasit (sr Jan 12,47). Nechceš nás přijmout na prahu věčnosti jako přísný soudce, nýbrž jako milující otec vítá své děti. Proto jsi ve svém milosrdenství ustanovil svátost pokání. Dáváš nám možnost, abychom ve svaté zpovědi sami na sebe žalovali, sami se soudili, dokud je čas milosrdenství, a hříšníku, který se kajícně vyzná, jsi ochoten všechny viny odpustit. Proto s důvěrou ve tvou neskonalou dobrotu a milosrdenost chci také nyní ve svaté zpovědi upřímně se vyznati ze svých hříchů, abych došel milosti a odpuštění.

Prosím tě tedy, nejlaskavější Spasiteli, osviť světlem Ducha svatého mou mysl, abych své viny náležitě poznal, povzbud' mé srdce, abych jich upřímně litoval, kajícně se z nich vyznal a získal své duši úplnou očistu.

Blahoslavená Panno Maria, ty jsi nám Spasitele na svět přivolala; tebe nám dal za Matku a Prostřednici, proto ujmí se mne nyní svou mateřskou láskou, se svým Synem mě smiř, svému Synu mě doporuč, svému Synu mě obětuj!

Si infirmus velit confiteri, reliqui ex cubiculo exeunt, et Sacerdos, stola mutata, illum audiat et absolvat. Quo facto redeunt omnes, et Sacerdos reassumit stolam albam.

Postea sive infirmus, sive ejus nomine Ministrans, sive astantes omnes de more faciunt confessionem generalem.

Interea Sacerdos, facta genuflexione, accipit e bursa corporale, quo explicato, pyxidem aperit, et adorato Sacramento, se vertit ad infirmum dicens in singulari (si pluribus simul infirmis in eodem cubiculo Sacramentum administretur, dicat in plurali):

**Misereátur tui, etc. Indulgéntiam, etc.**

Deinde, facta genuflexione, accipit Sacramentum de pyxide, atque illud elevans ostendit infirmo, dicens:

**Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.**

Et more solito ter dicit:

**Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.**

Quam invocationem, sicut mos est, infirmus et adstantes simul dicunt lingua vulgari. Tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam dicit:

**Accipe, frater (soror), Viaticum Córporis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custódiat ab hoste maligno, et perdúcat in vitam aetérnam. Amen.**

Si vero communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario:

**Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam aetérnam. Amen.**

Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto Misereátur etc., prædictis precibus, omnibus vel ex parte, omissis, ei statim viaticum præbeatur.

Postea Sacerdos abluit digitos in vase cum aqua parato, nihil dicens, et abstergit purificatorio; aqua vero ablutionis suo tempore mittitur in sacrarium, vel, si hoc desit, in ignem. — Si res postularit, infirmo aqua potui datur.

Deinde Sacerdos:

**Ÿ. Dóminus vobíscum.**

**Ŕ. Et cum spírítu tuo.**

**Orémus.****Oratio.**

**Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, te fidéliter deprecámur, ut accipiénti fratri nostro (soróri nostrae) sacrosánctum Corpus Dómini nostri Jesu Christi, Fílii tui, tam córpori, quam ánimae prosit ad remédium sempitérnum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum. R̄. Amen.**

**Modleme se! Pane svatý, Otče všemohoucí, věčný Bože, tebe s důvěrou prosíme, aby svatosvaté Tělo Pána našeho Ježíše Krista, Syna tvého, prospělo bratru našemu, který je přijal (sestře naší, která je přijala) k trvalému uzdravení na těle i na duši. Jenž s tebou žije a kraluje v jednotě Ducha Svatého Bůh po všechny věky věkův. R̄. Amen.**

Et juvare potest aegrotum in affectibus gratiarum actionis eliciendis his vel similibus verbis:

**Vzdejte se mnou díky Pánu Ježíši, jenž nyní dlí ve vašem srdci:**

**Jak se ti mám odvděčiti, Pane můj, za tu nesmírnou milost, že ty, nejvyšší svatý Bůh, jehož nebesa nemohou obeáhnout, sestoupil jsi do mé duše? Nemám slov, jimiž bych ti vyjádřil své díky. Proto spojuji své city s vroucími vzněty, jimiž oplývalo Srdce tvé přesvaté Matky Panny Marie, když jsi sestoupil do jejího lůna, klaním se ti z hloubi duše a volám: Velebí duše má**

Hospodina a duch můj plesá v Bohu, mém Spasiteli. Veliké věci mi učinil mocný Bůh, jehož Jméno je svaté.

Pane Ježíši, ty mně projevuješ svou bezmeznou lásku. Dokázal jsi mi již tím, že jsi na mne myslil od věčnosti, pro mne jsi sestoupil na svět, trpěl jsi pro mne všechna ponížení a strádání, podstoupil jsi pro mne umučení a smrt. Nyní pak nejen že jsi mi odpustil mé hříchy, ale ještě sám jsi zavítal do mé duše a oblažuješ ji svou sladkou přítomností.

To vše jsi učinil a činíš, abys získal mou lásku. Nuže, nejmilejší Spasiteli můj, byl-li jsem dříve netečný k tvým láskyplným projevům, nyní tě chci opravdově celým srdcem milovat. A abych ti dokázal svou lásku, chci se chránit všeho, co se tobě nelíbí, a vytrvale hledat a konat vše, čím bych se ti zavděčil. Z lásky k tobě, jenž jsi vše pro mne obětoval, chci též odevzdaně přijímat všechny zkoušky a trpělivě snášet všechny strasti, které na mne tvá svatá vůle sešle nebo dopustí. Pane, ty jsi řekl: »Beze mne nemůžete nic«, proto tě prosím, posiluj mě svou milostí, abych ti byl služebníkem věrným a zcela oddaným, a posvěcuj každý okamžik mého života.

A kdyby snad dnešní svaté přijímání bylo poslední v mém životě, prosím tě, Pane můj, slovy učedníků emauzských: Zůstaň se mnou, neboť se připozdívá a den se již nachýlil. Neopouštěj mne, když

mě obestře mrákota smrti a duch temnoty mě bude ponoukat k malomyslnosti a strachu, pošli mi na pomoc své svaté anděly, aby mě chránili a přivedli k tobě, o dopřej mi, abych šťastně dospěl k trůnu tvé slávy a mohl po celou věčnost velebiti tvou neskonalou dobrotu a milosrdnost!

Duše Kristova, posvět' mě! Tělo Kristovo, uzdrav mě! Krvi Kristova, opoj mě! Vodo z boku Kristova, obmyj mě! Umučení Kristovo, síliž mě! Ježíši dobrý, vyslyš mě, do svých ran ukryj mě, odloučit nedej od sebe! Úkladů zlého ducha uchraň mě, v hodinu smrti navštiv mě, přijíti k tobě přikaž mně, na nebi s tvými svatými ať chválím tě na věky věkův. Amen.

Si immediate post Viaticum Extrema Unctio administratur, Sacerdos assumpta stola violacea aegroto statim imaginem Crucifixi osculandam porrigat, omittendo semper salutationem et aspersionem cum aqua benedicta.

Si vero post Viaticum Extrema Unctio non administratur, Sacerdos statim post gratiarum actionem supradictam peragat ea, quae in Rituali Romano praescripta sunt sequenti Rubrica:

His expletis, si altera particula Sacramenti superfuerit, Sacerdos genuflectit, surgit, et cum Sacramento in pyxide, bursa cooperto, facit signum crucis super infirmum, nihil dicens. Tunc reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad ecclesiam, dicendo Psalmum Laudate Dominum de caelis, etc., et alios Psalmos et Hymnos, prout tempus feret.

Cum pervenerit ad ecclesiam, ponit Sacramentum super Altare, genuflectit, ac deinde dicit:

**Ů. Panem de caelo praestitisti eis (T. P. Allelúja).**

**R̄. Omne delectaméntum in se habéntem ( T. P. Allelúja).**

**Ÿ. Dóminus vobíscum.**

**R̄. Et cum spírítu tuo.**

**Orémus.**

**Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquísti: tríbue, quáesumus; ita nos Córporis et Sánguínis tui sacra mystéria venerári, ut redemptionis tuae fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas in sáecula saeculórum. R̄. Amen.**

Postea cum Sacramento in pyxide velo humerali cooperta facit signum crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponit.

Si tamen altera particula Sacramenti non superfuerit, Sacerdos in cubiculo infirmi manu dextera signum crucis super infirmum faciens, praedictis precibus recitatis, benedicit eum more solito:

**Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii †, et Spírítus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. R̄. Amen.**

Quando, ex justa et rationabili causa, privatim sacra communio ad infirmos defertur, Sacerdos saltem stolam semper habeat propriis coopertam vestibus; in sacculo seu bursa pyxidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat; et numquam solus procedat, sed uno saltem fidei, in defectu Clerici, associetur. Cum autem ad infirmi cubiculum pervenerit, Sacerdos superpelliceum quoque induat cum stola, si illud antea non induerit.

TITULUS V.  
DE SACRAMENTO EXTREMAE  
UNCTIONIS

CAPUT I.

ORDO MINISTRANDI SACRAMENTUM  
EXTREMAE UNCTIONIS.

1. Sacerdos Sacramentum ministraturus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappa candida cooperatam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in sex globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas; medullam panis (vel parum salis) ad detergendos digitos; et aquam ad abluendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ deinde accensa ipsi ungenti lumen præbeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia ac nitore hoc Sacramentum ministretur.

2. Deinde convocatis Clericis seu ministris, vel saltem uno Clerico (aut ministro laico), qui crucem sine hasta, aquam benedictam cum aspersorio, et librum Ritualem deferat, ipse Parochus decenter accipit vas sacri Olei infirmorum sacco serico violacei coloris inclusum, illudque caute deferat, ne effundi possit. Quod si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel alias adsit periculum effusionis, vas Olei sacco, aut bursa inclusum, ut dictum est, ad collum appendat, ut commodius et securius perferat. Procedat autem sine sonitu campanulæ.

3. Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum, dicit:



**V. Pax huic dómui.**

**R. Et ómnibus habitántibus in ea.**

4. Deinde deposito Oleo super mensam, superpelliceo, stolaque violaoea indutus, ægroto crucem pie deosculandam porrigit; mox in modum crucis aqua benedicta, eum et cubiculum, et circumstantes aspergit, dicens Antiphonam: Asperges me, Dómine, etc. Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, et absolvat (Si confiteri nequeat, absolutio sub conditione nunquam omittatur). Deinde piis verbis illum consoletur, et de hujus Sacramenti vi, atque efficacia, si tempus ferat, breviter admonet: et quantum opus sit, ejus animam confirmet, et in spem erigat vitæ æternæ.

Antequam sacerdos ad unctionem aegroti procedat, monere eum potest de effectibus hujus sacramenti his vel similibus verbis:

**Milý bratře — milá sestro! Ještě další veliké dobrodiní vám připravil Pán Ježíš. K posile a úlevě nemocných ustanovil svátost pomazání nemocných. Ve svaté zpovědi dostalo se vám odpuštění hříchů a klidu duše. V nejsvětější Svátosti sám Pán Ježíš zavítal k vám, aby vaši duši posvětil a posilnil. Nyní svatým pomazáním dostane se vám další milosti a posily. Touto svátostí se shlazují všední hříchy z křehkosti lidské zapomenuté, duše se upevňuje proti úzkostem a pokušením, nemocnému tělu se dostává posily, úlevy v bolestech a nezřídka i úplného uzdravení. Na duši i na těle se zahlazují stopy hříchů, jež právě skrze smysly vnikly do duše a ji poskvřily. Oči nejednou patřily na věci, na**

které neměly hleděti, uši naslouchaly řečem, které nebyly Bohu milé, ústa nemluvila vždy, jak křesťan mluví má, ruce se vztahovaly ke skutkům nedovoleným, nohy vždy nespěchaly tam, kam je volala povinnost k Bohu a k bližnímu a uchylovaly se od pravé cesty.

Tímto svatým pomazáním se mají smýti skvrny a zahladiti stopy hříchu, tělu se má dostati síly k poslednímu boji a než spočine v lůně země, má býti posvěceno a poznamenáno k slavnému vzkříšení.

Proto poděkujte Pánu Ježíši, že vám tuto svátostnou posilu nabízí, vzbud'te znovu lítost nade všemi hříchy celého života a řekněte:

Dobrotivý a milosrdný Bože, lituji upřímně všeho, co jsem za svého života zavínil(a) zrakem, sluchem, řečí, požívačností, doteky, hříšnými žádostmi a skutky a prosím tě, rač všechny stopy hříchů na mé duši i na těle zahladiti a pro zásluhy Ježíše Krista vlej mi sílu, abych všechny strasti statečně a trpělivě snášel(a) a poslední boj vítězně překonal(a).

5. Postea (stans versus ægrotum) dicit:

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

Ř. Qui fecit caelum et terram.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

Ř. Et cum spírítu tuo.

**O r é m u s.**

Intróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitátis ingrèssu, aetérna felicitas, divína prospéritas, seréna laetítia, cáritas fructuósa, sánitas sempitérna: effúgiat ex hoc loco accéssus daémonum: adsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat omnis málna discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum; et béne † dic nostrae conversatióni: sanctífica nostrae humilitátis ingrèssum, qui sanctus et pius es, et pérmanes cum Patre et Spíritu Sancto in saécula saeculórum. R̄. Amen.

Orémus, et deprecémur Dóminum nostrum Jesum Christum, ut benedicéndo bene † dícat hoc tabernáculum, et omnes habitántes in eo, et det eis Angelum bonum custódem, et fáciat eos sibi servíre ad considerándum mirabília de lege sua: avértat ab eis omnes contrárias potestátes: erípiat eos ab omni formídine, et ab omni perturbatióne, ac sanos in hoc tabernáculo custodíre dignétur: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus in saécula saeculórum. R̄. Amen.

**O r é m u s.**

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de caelis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque

deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Addi etiam potest lingua vernacula:

Pane Ježíši Kriste, ať naším pokorným příchodem zavítá do tohoto domu nepomíjející štěstí, Boží požehnání, nezkalená radost, účinná láska, stálé zdraví! Ať je z tohoto místa vyhoštěn vliv zlých duchů! Ať zde přebývají Andělé pokoje a ať všeliký zlý svár opustí tento dům! Ať na nás, Pane, spočine moc tvého svatého Jména a požeh † nej našemu počínání! Posvět náš pokorný vstup, Pane, jenž jsi svatý a dobrotivý a zůstáváš s Otcem i Duchem Svatým na věky věkův. R̄. Amen.

Modleme se a prosme Pána našeho Ježíše Krista, aby požeh † nal tento příbytek a všechny jeho obyvatele, dal jim za strážce svého dobrého Anděla a učinil si z nich věrné služebníky, rozjímající o divech jeho zákona; aby od nich odvrátil všechny mocnosti nepřátelské, zbavil je všeho strachu a zmatku a ráčil je v tomto domě uchovati ve zdraví, On, jenž s Otcem i Duchem Svatým žije a kraluje Bůh na věky věkův. R̄. Amen.

Modleme se! Vyslyš nás, Hospodine svatý, Otče všemohoucí věčný Bože, a rač seslati s nebe svého svatého Anděla, aby střežil, povzbuzoval, chránil, opatroval a bránil všechny obyvatele tohoto příbytku. Skrze Krista, Pána našeho. R̄. Amen.

6. Quae orationes, si tempus non patiat, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tunc de more facta Confessione generali latino, vel vulgari sermone, Sacerdos dicat: **Misereatur tui, etc. Indulgentiam, etc.**

7. Antequam Parochus incipiat ungere infirmum, moneat astantes, ut pro illo orent, dum ipse Uctionis Sacramentum administrat.

Mox extensa manu dextera super caput infirmi, dicit:

**In nómine Pa † tris, et Fí † lii, et Spíritus † Sancti, exstinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem mánuum nostrárum, et per invocationem gloriósae et sanctae Dei Genetrícis Vírginis Maríae, ejúsque íncliti Sponsi Joseph, et ómnium sanctórum Angelórum, Archangelórum, Patriarchárum, Prophe-tárum, Apostolórum, Mártyrum, Confessórum, Vírginum, atque ómnium simul Sanctórum. Amen.**

8. Deinde intincto pollice in Oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum: (Dum oculos, aures et alia corporis membra, quæ paria sunt, ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit.)

### A d o c u l o s.

Per istam sanctam Uctionem †, et suam piússimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per visum deliquísti. Amen.

9. Minister vero, si est in Sacris, vel ipsemet Sacerdos, post quamlibet Unctionem, tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eumque in vase mundo reponat, et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium.

### A d a u r e s.

Per istam sanctam Unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per auditum deliquisti. Amen.

### A d n a r e s.

Per istam sanctam Unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

### A d o s, c o m p r e s s i s l a b i i s.

Per istam sanctam Unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per gustum et locutionem deliquisti. Amen.

### A d m a n u s.

Per istam sanctam Unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per tactum deliquisti. Amen.

10. Et adverte, quod Sacerdotibus manus non inunguntur interius, sed exterius.

### A d p e d e s.

**Per istam sanctam Unctiōnem †, et suam piūssimam misericōrdiam, indūlgeat tibi Dóminus quidquid per gressum deliquisti. Amen.**

(Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur.)

11. Haec autem unctio ad pedes, ut dictum est, ex qualibet rationabili causa omitti potest.

In casu verae necessitatis sufficit forma ad Unctiōnem unicam (frontis), salva obligatione singulas unctiōnes supplendi, cessante periculo:

**Per istam sanctam Unctiōnem † indūlgeat tibi Dóminus quidquid deliquisti. Amen. \*)**

12. Quibus omnibus peractis, Sacerdos pollicem fricat cum medulla panis, manus lavat linteoque abstergit; aqua vero lotionis cum pane, suo tempore, mittatur in sacrarium, vel, si hoc desit, in ignem. Deinde dicit:

**Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.**

**Pater noster** secreto usque ad

**℣. Et ne nos indúcas in tentatiōnem.**

**℞. Sed líbera nos a malo.**

**℣. Salvum (-am) fac servum tuum (vel ancíllam tuam).**

---

\*) S. Congr. S. Officii 25. Aprilis 1906. Can. 947 § 1.

- R. Deus meus, sperántem in te.  
V. Mitte ei, Dómine, auxiliúm de sancto.  
R. Et de Sion tuére eum (eam).  
V. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.  
R. A fácie inimíci.  
V. Nihil profíciat inimícus in eo (ea).  
R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.  
V. Dómine, exáudi oratiómem meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum.  
R. Et cum spírítu tuo.

### O r é m u s.

Dómine Deus, qui per Apóstolum tuum Jacóbum locútus es: Infirmáture quis in vobis? inducat presbýteros Ecclésiae, et orent super eum, ungentes eum óleo in nómine Dómini: et oratio fidei salvábit infirmum, et alleviábit eum Dóminus: et si in peccátis sit, remitténtur ei; cura, quaésumus, Redemptor noster, grátia Sancti Spírítus languóres istíus infirmi (-ae), ejúsque sana vúlnera, et dimítte peccáta atque dolóres cunctos mentis et córporis ab eo (ea) expélle, plenámque intérius et extérius sanitátem misericórditer redde, ut ope misericórdiae tuae restitútus (-a), ad prístina reparétur offícia: Qui cum Patre et eódem Spírítu Sancto vivis et regnas Deus, in saécula saeculórum. Amen.



**O r é m u s.**

Réspice, quaésumus Dómine, fámulum tuum (fámulam tuam) N. in infirmitáte sui córporis fatiscéntem, et ánimam réfove, quam creásti: ut castigatióibus emendátus (-a), se tua séntiat medicína salvátum (-am). Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

**O r é m u s.**

Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, qui benedictiόνis tuae grátiam aegris infundéndo cópóribus, factúram tuam múltiplici pietáte custódis: ad invocatiónem tui nóminis benígnus assiste; ut fámulum tuum (fámulam tuam) ab aegritúdine liberátum (-am), et sanitáte donátum (-am), délixtera tua érigas, virtúte confírmes, potestáte tueáris, atque Ecclésiae tuae sanctae, cum omni desideráta prosperitáte, restítuas. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Quæ orationes repeti possunt lingua vernacula:

Pane, smiluj se. Kriste, smiluj se. Pane, smiluj se.

Otče náš . . .

Ů. A neuvod' nás v pokušení.

R̄. Ale zbav nás od zlého.

Ů. Spasiž služebníka svého (služebnici svou).

R̄. Bože můj, doufající(ho) v tebe.

Ů. Sešli mu (jí), Hospodine, pomoc se svatyně své.

R. A se Sionu ho (ji) ochraňuj.

Ť. Budiž mu (jí), Pane, pevnou věží.

R. Před tváří nepřítele.

Ť. Ať nepřítel nic nezmůže proti němu (ní).

R. A syn nepravosti ať mu (jí) neuškodí.

Ť. Pane, vyslyš modlitbu mou.

R. A volání mé k tobě přijď.

Ť. Pán s vámi. R. I s duchem tvým.

Modleme se. Pane Bože, jenž jsi ústy svého apoštola Jakuba řekl: »Stůně-li kdo z vás, zavolej k sobě kněze Církve a ti ať se nad ním modlí, mažete ho olejem ve jménu Páně, a modlitba víry uzdraví nemocného a ulehčí mu Pán, a je-li ve hříších, budou mu odpuštěny,« uzdrav, prosíme, Vykupiteli náš, milostí Ducha svatého neduhy tohoto nemocného (této nemocné), zhoj jeho (její) rány, odpusť hříchy; zbav ho (ji) všech bolestí na těle i na duši a navrať mu (jí) milosrdně zdraví uvnitř i zevně, aby přispěním tvého milosrdenství se zotavil(a) a opět mohl(a) vykonávat své povinnosti. Jenž s Otcem a týmž Duchem svatým žiješ a kraluješ Bůh na věky věkův. R. Amen.

Modleme se. Shlédni, prosíme, Pane, na služebníka svého (služebnici svou) N., chorobou tělesnou umdlévající(ho) a občerstvi duši, kterou jsi stvořil; aby zkouškami jsa (jsouc) vytríben(a), cítil(a) se tvým lékem zachráněn(a). Skrze Krista, Pána našeho. R. Amen.

**Modleme se. Pane svatý, Otče všemohoucí, věčný Bože, jenž vléváš milost svého požehnání v chorá těla a své tvory mnohonásobnou dobrotou zachováváš, nakloň se milostivě ku vzývání tvého Jména a zbav služebníka svého (služebnici svou) nemoci a obdař zdravím, pravicí svou jej (ji) pozdvihni, svou silou upevni, mocí ochraňuj a své svaté Církvě v žádoucím úplném zotavení navrať. Skrze Krista, Pána našeho. R. Amen.**  
(Benedictio apost. cum indulg. plen. pag. 62.)

Et porrigens aegroto Crucifixum deosculandum suggerit ipsi »actum acceptationis propriae mortis de manu Dei« his vel similibus verbis:

**Říkejte nyní se mnou: Pane Bože můj! Již nyní přijímám z ruky tvé jakýkoli způsob smrti, se všemi úzkostmi, strastmi a bolestmi, jak se tobě zalíbí, s úplnou odevzdaností a ochotou.**

**Ježíši, Maria, Josefe, vám věnuji srdce své i duši svou. Ježíši, Maria, Josefe, stůjte při mně v mém boji posledním. Ježíši, Maria, Josefe, s vámi kéž duše má v pokoji spočine.**

**V ruce tvé, Pane, poroučím ducha svého i tělo své. Amen.**

15. Denique aquam benedictam, et Crucem, nisi aliam habeat, coram infirmo relinquat, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.

16. Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut, si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum accersant, ut morientem adjuvet, ejusque animam Deo

commendet: sed si mors immineat, priusquam discedat, sacerdos animam Deo rite commendabit.

17. Extrema Unctione immediate post Viaticum administrata, Sacerdos, si Particula consecrata superfuerit, priusquam discedat, mutet stolam, et ægrotum cum Sanctissimo benedicat, reliqua deinde peragens, quæ supra præscripta sunt. Quando Extremam Unctionem statim Benedictio Apostolica sequitur, hac demum impertita fit benedictio cum ss. Sacramento.

## CAPUT 2.

# RITUS BENEDICTIONIS APOSTOLICÆ CUM INDULGENTIA PLENARIA IN ARTICULO MORTIS.

1. Benedictio apostolica cum Indulgentia plenaria in articulo mortis cum soleat impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, et Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis; impertienda iisdem est, etiam si postea linguæ, ceterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impœnitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.

2. Parochus aliusve Sacerdos qui infirmo assistat, superpelliceo et stola violacea indutus, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: **Pax huic dómui**, etc. ac deinde ægrotum, cubiculum, et circumstantes aspergat aqua benedicta dicendo Antiphonam: **Aspérge me**, etc.

3. Quod si ægrotus velit confiteri, audiat illum, et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus Benedictionis efficacia ac virtute, si tem-

pus ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hortetur, ut sanctissimum nomen JESU, corde saltem, invocet, morbi incommoda ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro accepiendum, quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit.

4. Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinæ munificentiae largitate jam pœnarum remissionem, et vitam sit consecuturus æternam.

Infirmitatem sequenti modo alloqui potest:

**Milý bratře — milá sestro! Náměstek Kristův, svatý Otec dává nám kněžím pravomoc, abychom nemocným, kteří zbožně přijali svaté svátosti, udělili jeho jménem apoštolské požehnání s plnomocnými odpustky. Poslyšte, co to znamená a jak veliký užitek vám z toho plyne.**

Ve svátosti pokání se odpouštějí hříchy a také věčné tresty. Ale neodpouštějí se všechny tresty časné; ty si musí člověk odpykat zde na světě buď tím, že zde vytrpí jisté strasti, nebo tím, že podává Pánu Bohu náhradu modlitbami, dobrovolnými obětmi a záslužnými skutky. Nestačí-li to na odčinění, musí si ony časné tresty dotrpět v očistci. Tak to vyžaduje spravedlnost. Vždyť kdyby Pán Bůh všechny tresty promíjel, pak by se hříšník, který celá léta Boha urážel, dostal tak snadno do nebe jako světec, který celý život se obětoval pro Boha. Kdyby Bůh všechny tresty promíjel, lidé by hřešili na jeho milosrdenství a množili

by své hříchy. Ubohý člověk ovšem mnohdy nedbá, aby využil všech příležitostí k získání zásluh a ještě novými vinami zvětšuje svůj dluh. A tu duše, i když je přijata na milost, stála by před Bohem jako chud'as s nepatrnou hrstkou zásluh, ale zato s těžkým břemenem dluhů, které by musila spláceti utrpením v očistci, odkud nevyjde, dokavad nezplatí do posledního haléře (sr Mt 5,26).

Avšak i v této tísní se duši nabízí pomoc. Máme bohatou matku, která může za nás zaplatit. Je to svatá Církev. Jí Kristus Pán svěřil nejen své učení a svátosti, ale též nepřeborný poklad zásluh, které získal svým životem a utrpením. V tom pokladu jsou též nesmírné zásluhy Panny Marie a svatých. Vždyť mnozí svatí po celý svůj život získávali zásluhy a spotřebovali z nich jen nepatrně na odčinění svých chyb, neboť mnozí žili od dětství bezúhonně a dokonale. Všechny ty přebytečné zásluhy vplynuly do pokladu Církve a ona jako dobrá matka, soucitná k nuzným dětem, které nemoudře hospodařily s milostmi a odcházely by ze světa zadluženy, nabízí Pánu Bohu za ně dávky z onoho pokladu zásluh na splacení jejich dluhů. To jsou odpustky.

Tak i za vás nyní nabízí Církev svatá Pánu Bohu plnomocnými odpustky splacení všech vašich dluhů, t. j. obětuje za vás zásluhy Kristovy a svatých na odčinění všech časných trestů.

Nyní vidíte, jakého štěstí se vám dostalo, že jste dítkem katolické Církve, této tak bohaté a štědré matky. Ona vás již při narození přijala do své mateřské péče, vás vychovávala, učila, léčila, posvěcovala, svolávala na vás požehnání a milosti, a nyní chce vaši očištěnou a zásluhami obdařenou duši vložit do otcovského náručí Božího.

Proto vzbud'te v srdci lítost, že jste nebyl dosti věren jejímu mateřskému vedení a z vděčnosti za všecku její péči o spásu vaší duše obětujte své modlitby a svá utrpení za její zájmy, zvláště za obrácení hříšníků a zbloudilých a za duše trpící v očistci, abyste i vy vložil nové zásluhy do jejího pokladu.

5. Postea dicit:

*V.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

*R.* Qui fecit caelum et terram.

Antiphona. Ne reminiscáris, Dómine, delicta fámulí tui (vel famulae tuae): neque vindíctam sumas de peccátis ejus.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster secreto usque ad

*V.* Et ne nos indúcas in tentatióne.

*R.* Sed líbera nos a malo.

*V.* Salvum (-am) fac servum tuum (vel ancíllam tuam).

*R.* Deus meus, sperántem in te.

℣. **Dómine, exáudi oratióem meam.**

℞. **Et clamor meus ad te véniat.**

℣. **Dóminus vobíscum.**

℞. **Et cum spírítu tuo.**

### O r é m u s.

Clementíssime Deus, Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui néminem vis períre in te credéntem, atque sperántem: secúndum multitudinem miseratiónum tuárum réspice propítius fámulum tuum (fámulam tuam) N., quem (quam) tibi vera fides, et spes christiána comméndant. Vísita eum (eam) in salutári tuo, et per Unigéniti tui passióem et mortem, ómnium ei delictórum suórum remissiónem, et véniam cleméner indulge: ut ejus ánima in hora éxitus sui te júdicem propitiátum invéniat, et in ságuine ejúsdem Fílii tui ab omni mácula ablúta, transíre ad vitam mereátur perpétuam. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

6. Tum dicto ab uno ex Clericis astantibus **Confíteor**, Sacerdos dicat: **Misereátur, et Indulgéntiam.** Deinde:

Dóminus noster Jesus Christus, Fílius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligánda atque solvénda, per suam piíssimam misericórdiam recípiat confessióem tuam, et restítuat tibi stolam primam, quam in Baptísmate recepísti: et ego fa-



cultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissionem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. R̄. Amen.

Per sacrosáncta humánae reparatiónis mystéria remíttat tibi omnípotens Deus omnes praeséntis et futúrae vitae poenas, paradísi portas apériat, et ad gáudia sempitérna perdúcat. R̄. Amen.

Benedícat te omnípotens Deus, Pater, et Fílius, † et Spíritus Sanctus. R̄. Amen.

Impertita Benedictione apostolica potest dicere:

Pán Ježíš Kristus, Syn Boha živého, jenž svatému apoštolu svému Petrovi dal moc svazovati a rozvazovati, pro své předobrotivé milosrdenství přijmiž tvé vyznání a navrať tobě prvotní roucho, které jsi na křtu svatém obdržel(a). Pro svatosvatá tajemství našeho vykoupení promiň tobě všemohoucí Bůh všechny tresty nynějšího i budoucího života, otevřiž tobě rajskou bránu a uveď tě do radostí věčných.

7. Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque Confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiatur, dicendo:

Ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissionem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. R̄. Amen.

**Per sacrosáncta, etc. (ut supra).**

**Benedicat te, etc. (ut supra).**

In casu vero necessitatis sufficit dicere:

**Ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam et remissionem ómnium peccatórum tibi concédo, et benedíco te. In nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. R̄. Amen.**

8. Quando hujusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia dicuntur semel ut supra, singulari tantum numero in pluralem immutato.

Deinde Sacerdos sequentes preces, quanta poterit majori devotione, dicat, admoneatque domesticos et circumstantes, ut simul orent pro moriente.

### CAPUT 3.

## IN EXPIRATIONE.

1. Cum vero tempus exspirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circumstantibus, flexis genibus, vehementer orationi instandum est. Ipse vero moriens, si potest, dicat; vel si non potest, assistens, sive Sacerdos pro eo clara voce pronuntiet: **Jesu, Jesu, Jesu,** Quod et ea quæ sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam sæpius repetat:

**Do rukou tvých, Pane, poroučím ducha svého.**

**Pane Ježíši Kriste, přijmi ducha mého.**

**Svatá Panno Maria, oroduj za mne.**

**Maria, matko milosti, matko milosrdenství, ochraňuj mě před nepřítelem a ůjmi se mne v hodině smrti.**

Svatý Josefe, oroduj za mne.

Svatý Josefe s blahoslavenou Pannou, svou Snoubenkou, otevř mi lůno milosrdenství Božího.

Ježíši, Maria, Josefe, vám věnuji srdce své i duši svou.

Ježíši, Maria, Josefe, stůjte při mně v posledním boji.

Ježíši, Maria, Josefe, s vámi kéž duše má v pokoji spočine.

Egressa anima dicatur hoc Responsorium:

Přispěchejte, svatí Boží, vstříc pospěšte, andělé Páně, vezměte duši jeho (její) a uveďte ji před tvář Nejvyššího.

Přijmiž tě Kristus, jenž tě povolal a do sídel nebeských doprovod'tež tě andělé.

Odpočinutí věčné dejž mu (jí), Pane, a světlo ustavičné ať mu (jí) svítí.

Pane, smiluj se. Kriste, smiluj se. Pane, smiluj se.  
Otče náš . . .

℣. A neuvod' nás v pokušení.

℞. Ale zbav nás od zlého.

℣. Odpočinutí věčné dej mu (jí), Pane.

℞. A světlo ustavičné ať mu (jí) svítí.

℣. Od moci temnoty

℞. Vysvobod', Pane, duši jeho (její).

℣. Ať odpočívá v pokoji. ℞. Amen.

℣. Pane, vyslyš modlitbu mou.

℞. A volání mé k tobě přijď.

℣. Pán s vámi. ℞. I s duchem tvým.

Modleme se. Tobě, Pane, poroučíme duši služebníka tvého (služebnice tvé) N., aby zemřev(ši) tomuto světu, živ(a) byl(a) tobě; hříchy pak, kterých se z lidské křehkosti dopustil(a), rač svým předobrotivým milosrdenstvím zahladiti. Skrze Krista, Pána našeho. ℞. Amen.

℣. Odpočinutí věčné dej mu (jí), ó Pane.

℞. A světlo ustavičné ať mu (jí) svítí.

℣. Odpočívej v pokoji. ℞. Amen.

## TITULUS VI.

# DE SACRAMENTO MATRIMONII

### CAPUT 1.

## RITUS CELEBRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM.

Parochus Matrimonio adfuturus, publicationibus rite factis, si nullum obstet legitimum impedimentum, in ecclesia, superpelliceo et alba stola (et pluviali) indutus, adhibito uno saltem Clerico superpelliceo pariter induto, qui librum et vas aquae benedictae cum aspersorio deferat, coram tribus aut duobus testibus, virum et mulierem, quos parentum vel propinquorum suorum praesentia cohonestari decet, de consensu in Matrimonium interroget, praemissa primum si placuerit brevi exhortatione.

**Žádám vás, N., abyste zde před Pánem Bohem pověděl, zda jste si svobodně zvolil přítomnou N. za svou manželku.**

**Respondetur: Ano.**

**Dále se vás táži před Bohem, uznáváte-li nerozlučnost svátostného sňatku a chcete-li tudíž se svou chotí N. až do smrti v manželském svazku setrvati.**

**Respondetur: Ano.**

**Podobně žádám vás, N., abyste zde před Pánem**

**Bohem pověděla, zda jste si svobodně zvolila přítomného N. za svého manžela.**

**Respondetur: Ano.**

**Dále se vás táži před Bohem, uznáváte-li nerozlučnost svátostného sňatku a chcete-li tudíž se svým chotěm N. až do smrti v manželském svazku setrvati.**

**Respondetur: Ano.**

Parochus vel Sacerdos officians ad utrumque dicat:

**Když tedy oba svobodným a pevným rozhodnutím chcete býti sobě věrnými a dobrými manželi, prohlaste to nyní i před Pánem Bohem a před jeho svatou Církví, podejte sobě pravé ruce a říkejte zřetelně za mnou:**

**Já N. — беру si tebe N. — za svou pravou a věrnou manželku — a slibuji, — že ti zachovám věrnost a lásku manželskou; — tebe nikdy a v ničem neopustím, — nýbrž s tebou všecko, — ať dobré nebo zlé — až do smrti budu sdíleti. — K tomu mi dopomáhej trojjediný Bůh — Otec, Syn a Duch Svatý. Amen.**

**Já N. — беру si tebe N. — za svého pravého a věrného manžela — a slibuji, — že ti zachovám věrnost, — lásku a oddanost manželskou; — tebe nikdy a v ničem neopustím, — nýbrž s tebou všecko, — ať dobré nebo zlé — až do smrti budu sdíleti. — K tomu mi dopomáhej trojjediný Bůh — Otec, Syn a Duch Svatý. Amen.**

Mutuo igitur contrahentium consensu intellecto, Sacerdos, stola super sponsorum dexteris junctas posita, voce altiori dicit:

**Quod Deus conjúnxit, homo non séparet. Co Bůh spojil, to člověk nerozlučuj!**

Pán Bůh všemohoucí, Otec náš milý nebeský, rač toto svaté manželství potvrditi, a já též ze svého úřadu kněžského nyní před Pánem Bohem a před celou Církví Kristovou potvrzují mezi vámi toto řádné svaté manželství, a to ve jménu Otce i Syna i Ducha svatého: **Ego conjúngo vos in matrimónium in nómine Patris, et Fílii †, et Spíritus Sancti. Amen.**

Sacerdos accipit aspergillum de manu ministri, et aspergit eos aqua benedicta. Mox sequitur:

### **B e n e d i c t i o   a n u l o r u m .**

**℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**

**℞. Qui fecit caelum et terram.**

**℣. Dómine, exáudi oratióem meam.**

**℞. Et clamor meus ad te véniat.**

**℣. Dóminus vobíscum.**

**℞. Et cum spíritu tuo.**

**Orémus.**

**Béne † dic, Dómine, ánulos hos, quos nos in tuo nómine bene † dícimus, ut, qui eos gestáverint, fidelitátem íntegram ínvicem téneant, in pace et voluntáte tua permáneant, atque in mútua caritáte sem-**

**per vivant. Per Christum, Dóminum nostrum. R.  
Amen.**

Et aspergit anulos aqua benedicta.

Deinde tradens anulos Sponsis potest dicere:

**Učiň, ó Pane, aby tito manželé, kteří budou nositi tyto prsteny, ve jménu tvém požehnané, vzájemnou neporušenou věrnost si zachovali, ve tvém míru a v plnění tvé vůle setrvali a v obapolné lásce vždy šťastně žili.**

Etiam potest eos alloqui sequentibus vel similibus verbis:

**Před Bohem jste slíbili, že sobě zůstanete věrni po celý svůj život, že si budete navzájem pomáhati a že se ve strastech a tísních neopustíte. Zavázali jste se, že pospolu vytrváte, dokud vás nerozloučí smrt. Tyto pak posvěcené prsteny, nerozdílné, bez začátku a konce, jsou jakoby duchovní zárukou, že se ani vaše manželská věrnost a láska nikdy nerozdělí. Jimi potvrzujete, že pevný a nezměněný zůstane váš svazek, který vzal počátek ve jménu Božím a vždy bude ke cti Bohu, jenž nemá ani začátku ani konce. — Přijměte prsten věrnosti a buďte sobě věrni!**

Mox sponsus anulum de manu Sacerdotis acceptum imponit in digito anulari sinistrae manus Sponsae, similiter et Sponsa anulum de manu Sacerdotis acceptum imponit in digito anulari sinistrae manus Sponsi, Sacerdote dicente:

**In nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti.  
Amen.**



Mox subjungat, stans conversus ad altare:

**℣. Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.**

**℞. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.**

**Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.**

**Pater noster secreto usque ad**

**℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.**

**℞. Sed líbera nos a malo.**

**℣. Salvos fac servos tuos.**

**℞. Deus meus, sperántes in te.**

**℣. Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto.**

**℞. Et de Sion tuére eos.**

**℣. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.**

**℞. A fácie inimíci.**

**℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.**

**℞. Et clamor meus ad te véniat.**

**℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.**

**Orémus.**

**Oratio.**

Réspice, quáesumus, Dómine, super hos fámulos tuos: et institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinásti, benígnus assiste; ut, qui te auctóre junguntur, te auxiliánte servéntur. Per Christum, Dóminum nostrum. ℞. Amen.

**℣. Upevňuj, ó Bože, co jsi způsobil mezi námi.**

**℞. Ze svatého chrámu svého, který jest v nebeském Jerusalemě.**

**Pane, smiluj se. Kriste, smiluj se. Pane, smiluj se.**

Otče náš secreto usque ad  
℣. A neuvod' nás v pokušení.  
℞. Ale zbav nás od zlého.  
℣. Spasiž služebníky své.  
℞. Bože můj, doufající v tebe.  
℣. Hospodine, sešli jim pomoc ze svatyně.  
℞. A se Sionu je ochraňuj.  
℣. Budiž jim, Hospodine, pevnou věží.  
℞. Proti útokům nepřítele.  
℣. Pane, vyslyš modlitbu mou.  
℞. A volání mé k tobě přijď.  
℣. Pán s vámi. ℞. I s duchem tvým.

Modleme se. Shlédni, prosíme, Pane, na tyto své služebníky a dobrotivě ochraňuj manželský svazek, který jsi k rozmnožení lidského pokolení ustanovil, aby ti, kteří se tvým působením spojují, tvou pomocí byli zachováni. Skrze Krista, Pána našeho. ℞. Amen.

His expletis, si benedicendae sint nuptiae, Parochus Missam pro Sponso et Sponsa, ut in Missali Romano, celebret, servatis omnibus quae ibi praescribuntur.

Parochus curet, ut sponsi, celebrato Matrimonio, benedictionem sollemnem accipiant, quae dari eis potest etiam postquam diu vixerint in Matrimonio, sed solum in Missa, servata speciali rubrica et excepto tempore feriato. Sollemnem benedictionem ille tantum Sacerdos per se ipse vel per alium dare potest, qui valide et licite Matrimonio potest assistere.

Matrimonium celebretur in ecclesia paroeciali; in alia autem ecclesia vel oratorio sive publico sive semipublico nonnisi de li-

centia Ordinarii loci vel Parochi celebrari poterit. In ecclesiis vel oratoriis Seminarii sive religiosarum, Ordinarius id non permittet, nisi urgente necessitate, ac opportunis adhibitis cautelis.

Nuptiae tempore antemeridiano celebrentur; et quamvis cum licentia Ordinarii post meridiem fiant, instet parochus monendo, ut, si fieri possit, conjuges post copulationem benedictionem nuptialem infra Missam suscipiant.

In matrimoniis inter partem catholicam et partem acatholicam interrogationes de consensu fieri debent. Sed omnes sacri ritus prohibentur; quod si ex hac prohibitione graviora mala praevideantur, Ordinarius potest aliquam ex consuetis ecclesiasticis caeremoniis, exclusa semper Missae celebratione, permittere.

Quando plures simul copulantur, accepto primum singulorum consensu, et rite celebratis singulis Matrimoniis, dictoque pro singulis a Parocho »Quod Deus conjunxit« etc., benedictiones anulorum et reliquae benedictiones plurali numero semel fiunt.

Ceterum, sicubi aliae laudabiles consuetudines et caeremoniae in celebrando Matrimonii Sacramento adhibentur, eas convenit retineri.

Celebrato Matrimonio, Parochus vel qui ejus vices gerit, quamprimum describat in libro Matrimoniorum nomina conjugum ac testium, locum et diem celebrati Matrimonii, atque alia juxta formulam praescriptam; idque licet alius Sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus Matrimonio adstiterit.

Praeterea Parochus in libro quoque Baptizatorum adnotet conjugem tali die in sua paroecia Matrimonium contraxisse. Quod si conjunx alibi baptizatus fuerit, Matrimonii Parochus notitiam initi contractus ad Parochum Baptismi sive per se sive per Curiam episcopalem transmittat, ut Matrimonium in Baptizatorum librum referatur.

## CAPUT 2.

**BENEDICTIO NUPTIARUM**  
**intra Missam pro sponso et sponsa.**

Dicto Pater noster, Sacerdos antequam dicat *Libera nos, quaesumus, Domine, stans in cornu Epistolae versus sponsum et sponsam ante altare genuflexos, dicit super eos sequentes Orationes:*

**Orémus.**

**Oratio.**

**Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut, quod te auctore jungitur, te auxiliante servetur. Per Dominum nostrum.**

**Orémus.**

**Oratio.**

**Deus, qui potestate virtutis tuae de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, ut femineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex uno placuisset institui, numquam licere disjungi: Deus, qui tam excellenti mysterio conjugalem copulam consecrasti, ut Christi et Ecclesiae sacramentum praesignares in foedere nuptiarum: Deus, per quem mulier jungitur viro, et societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quae sola nec per originalem peccati poenam, nec per diluvii est ablata sententiam: respice propitius super hanc famulam tuam, quae maritali jungenda consortio,**

tua se expetit protectione muniri: sit in ea jugum dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum: sit amabilis viro, ut Rachel: sapiens, ut Rebecca: longaeva et fidelis, ut Sara: nihil in ea ex actibus suis ille auctor praevaricationis usurpet: nexa fidei, mandatisque permaneat: uni thoro juncta, contactus illicitos fugiat: muniat infirmitatem suam robore disciplinae: sit vercundia, gravis, pudore venerabilis, doctrinis coelestibus erudita; sit foecunda in sobole, sit probata et innocens: et ad beatorum requiem, atque ad caelestia regna perveniat: et videant ambo filios filiorum suorum, usque in tertiam et quartam generationem, et ad optatam perveniant senectutem. Per eundem Dominum nostrum.

Tunc Sacerdos reversus medium altaris dicat Libera nos, et reliqua more solito: et postquam sumpserit Sanguinem, communicet sponso: et prosequatur Missam.

Dicto Benedicamus Domino, vel si Missae illius diei conveniat, Ite, missa est, Sacerdos, antequam populo benedicat, conversus ad sponsum et sponsam, dicat:

**Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobiscum: et ipse adimpleat benedictionem suam in vobis: ut videatis filios filiorum vestrorum usque ad tertiam et quartam generationem: et postea vitam aeternam habeatis sine fine, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.**

Moncat eos Sacerdos sermóne gravi, ut sibi invicem servent fidem: orationis tempore, et praesertim jejuniorum et solemnitatum, casti maneant: et vir uxorem, atque uxor virum diligat: et in timore Dei permáneant. Postea eos aspergat aqua benedicta, et dicto Pláceat tibi, sancta Trínitas, det benedictionem: et legat, ut solitum est, Evangelium sancti Joannis In princípio, etc.

### CAPUT 3.

## BENEDICTIO MULIERIS POST PARTUM

1. Si qua puerpera post partum ex legitimo matrimonio, juxta piam ac laudabilem consuetudinem, ad ecclesiam venire voluerit, pro incolumitate sua Deo gratias actura, petieritque a Sacerdote benedictionem, ipsam Sacerdos concedat ritu infra praescripto. Haec autem benedictio neque matri acatholicae, neque puerperae non rite conjugatae, nec extra ecclesiam in domibus privatis est impertienda.

Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro aspersionum deferente, ad fores ecclesiae accedat, ubi puerperam, foris ad limina genuflectentem et candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat.

Vel si Sacerdos puerperae ipse candelam accensam porrigit, potest dicere:

**Pán náš Ježíš Kristus, Syn Boha živého, oblažuj vás světlem své milosti a ved' vás cestou spásy k životu věčnému.**

Deinde ipsam sequentibus aut similibus verbis alloquitur:

Šťastná matko křesťanská! Za příkladem Rodičky Boží Panny Marie, která čtyřicátého dne po svém požehnaném porodu se ubírala s božským Děťátkem do chrámu jerusalemského, přicházíte i vy dnes do chrámu Páně, abyste vzdala Pánu Bohu díky a vyprosila sobě i svému dítěti požehnání. A věru velikého dobrodiní se vám od Pána Boha dostalo: jeho pomocí šťastně jste překonala nebezpečí a úzkosti, které jsou údělem rodiček, dcer pramateře Evy, a všemohoucí Bůh vložil do vašich rukou poklad, v němž vaše oči vidí přímo úsměv nebe. Ale zvláštního vyznamenání se dostalo tomuto dítěti: Na křtu svatém Pán Bůh je přijal za své dítě. Vлил svou milost do jeho duše, posvětil ji a vybavil svými královskými dary. Je povoláno k účasti na nekonečném blahu, stalo se dědicem (dědičkou) království Božího.

A vám, milá matko, svěruje Otec nebeský toto dítě a volá k vám slovy Písma svatého: »Vezmi toto dítě a živ mi je, a já ti dám tvou mzdu« (Ex. 2, 9). V tomto čestném a odpovědném úkolu nejste se svým manželem osamocena; vaše dítě je dítětem svaté matky Církve, která je bere ve svou péči a bude je provázeti celou cestou životní až k prahu věčnosti; bude mu udíleti bohatý podíl na zásluhách Kristových, skýtati mu účast na všech svých obětech a modlitbách. Proto nyní, zatím co jménem Církve, jež se s vámi raduje, budu evolávat požehnání Boží na vás i na vaše dítě, pro-

jevte Pánu Bohu s výrazem díků také pevný úmysl, že budete věrně plniti své křesťanské povinnosti, žíti podle svaté víry a vésti své dítě podle návodů svaté Církvě. Budete-li se modlitbou a milostí Boží posvěcovati, pak vaše dítě bude podle vzoru božského Dítka prospívati věkem, moudrostí a milostí u Boha i u lidí.

Deinde dicat:

*V.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

*R.* Qui fecit caelum et terram.

Antiphona: Haec accípiet.

### Psalmus 23

Dómini est terra et quae replent eam, \* orbis terrarum et qui hábitant in eo.

Nam ipse super maria fundávit eum, \* et super flúmina firmávit eum. —

Quis ascéndet in montem Dómini, \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundus corde, qui non inténdit mentem suam ad vana, \* nec cum dolo jurávit próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino \* et mercédem a Deo Salvatóre suo.

Haec est generátio quaeréntium eum, \* quaeréntium fáciem Dei Jacob.



Attóllite, portae, cápita vestra, et attóllite vos, fores antiquae, \* ut ingrediátur rex glóriae!

»Quis est iste rex glóriae?« \* »Dóminus fortis et potens, Dóminus potens in proélio.«

Attóllite, portae, cápita vestra, et attóllite vos, fores antíquae, \* ut ingrediátur rex glóriae!

»Quis est iste rex glóriae?« \* »Dóminus exercítuum: ipse est rex glóriae«.

Gloria Patri . . .

Et repetitur Antiphona:

Haec accípiet benedictiónem a Dómino, et misericórdiam a Deo salutári suo: quia haec est generátio quaeréntium Dóminum.

℣. Pomoc naše ve jménu Páně.

℞. Jenž stvořil nebe i zemi.

Antifona:

Tato obdrží požehnání.

Žalm 23.

Hospodinova je země i vše, čím je naplněna, \* okruh zemský i ti, kdož v něm přebývají,

neboť on nad mořem položil základy jeho \* a nad proudy vod jej upevnil.

Kdo vystoupí na horu Páně, \* nebo kdo stane na svatém místě jeho?

Ten, do nevinné má ruce a srdce čisté, kdo neupjal svou mysl k marnostem, \* kdo lstivě nepřisáhl bližnímu svému.

Tomu se dostane požehnání od Hospodina \* a odplaty od Boha, Spasitele jeho;

to je rod těch, kdož ho hledají, \* kdož hledají Boha Jakubova.

Zdvihněte, brány, své hlavy, pozdvihněte se, věkovité veřeje, \* ať může vstoupit Král slávy!

»Kdo je ten Král slávy?« \* »Hospodin silný a mocný, Pán udatný v boji.«

Zdvihněte, brány, své hlavy, pozdvihněte se, věkovité veřeje, \* ať může vstoupit Král slávy!

»Kdo je ten Král slávy?« \* »Pán zástupů, on je Král slávy!«

Sláva Otci i Synu \* i Duchu svatému.

Jakož bylo na počátku i nyní i vždycky \* i na věky věkův. Amen.

Antifona: Tato obdrží požehnání od Hospodina a milosrdenství od Boha, své spásy; neboť to jest rod těch, kdož hledají Pána.

2. Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolae, ex humero sinistro pendentem, eam introducit in ecclesiam, dicens:

Ingrédere in templum Dei, adóra Fílium beátae Maríae Vírginis, qui tibi fecundidátem tríbuit prolis.

Vstupte do chrámu Božího, pokloňte se Synu bla-

**hoslavené Panny Marie, který vám udělil důstojnost mateřství.**

(Cestou k oltáři možno se modliti Zdrávas Královno nebo Pod ochranu tvou.)

3. Et ipsa, ingressa, genuflectit coram altari et orat, gratias agens Deo de beneficiis sibi collatis; tunc Sacerdos, facta debita reverentia, ascendit ad suppedaneum aliquantulum versus cornu Evangelii et, conversus ad mulierem, dicit:

**Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.**

**Pater noster secreto usque ad**

**℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.**

**℞. Sed líbera nos a malo.**

**℣. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine.**

**℞. Deus meus, sperántem in te.**

**℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.**

**℞. Et de Sion tuére eam.**

**℣. Nihil proficiat inimícus in ea.**

**℞. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.**

**℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.**

**℞. Et clamor meus ad te véniat.**

**℣. Dóminus vobíscum.**

**℞. Et cum spírítu tuo.**

**Orémus.**

**Oratio.**

**Omnípotens sempitérne Deus, qui per beátae Mariáe Vírginis partum fidélium pariéntium dolóres in gáudium vertísti: réspice propítius super hanc fámulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiárum acti-  
o-**

ne laetam accedentem, et praesta; ut post hanc vitam, ejúsdem beátae Maríae méritis et intercessióne, ad aetérnae beatitúdinis gáudia cum prole sua pervenire mereátur. Per Christum, Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Pane, smiluj se. Kriste, smiluj se. Pane, smiluj se.

Otče náš . . .

℣. A neuvod' nás v pokušení.

℞. Ale zbav nás od zlého.

℣. Spas, Hospodine, služebnici svou.

℞. Bože můj, doufající v tebe.

℣. Hospodine, sešli jí pomoc ze svatyně.

℞. A se Sionu ji ochraňuj.

℣. Ať nic nezmůže nepřítel proti ní.

℞. A syn nepravosti ať se neodvažuje jí škoditi.

℣. Pane, vyslyš modlitbu mou.

℞. A volání mé k tobě přijď.

℣. Pán s vámi.

℞. I s duchem tvým.

Modleme se.

Všemohoucí, věčný Bože, jenž jsi porodem blahoslavené Panny Marie bolesti věřících rodiček v radost obrátil, shlédni milostivě na tuto svou služebnici, která s radostí přichází do svatého chrámu tvého tobě poděkovat, a dej, aby pro zásluhy a na přímluvu blahoslavené Panny Marie zasloužila si po tomto životě dospěti se svým dítětem radostí věčného blaha. Skrze Krista, Pána našeho. R̄. Amen.

4. Tum Sacerdos, ubi moris est, descendens accipit infantem in ulnas suas et ascendens ad altare, dicit Orationem sequentem:

**Omnípotens sempitérne Deus, qui Unigénitum tuum ulnis beáti Simeónis in templo sancto tuo suscipiéndum praesentásti: tuam súplices deprecámur cleméntiam super hunc párvulum (hanc párvulam), ut qui (quae) per Baptísmum tuam sanctam Ecclésiam jam est ingressus (ingréssa), post hanc vitam étiam in templo sancto glóriae tuae praesentári mereátur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. R̄. Amen.**

Všemohoucí, věčný Bože, jenž jsi jednorozeného Syna svého dal uvést do svatého chrámu svého, aby tam byl blaženým Simeonem vzat na lokty, pokorně svoláváme tvou milostivost na toto dítě, které křtem již vstoupilo do tvé svaté Církve, aby si zasloužilo po nynějším životě také býti uvedeno do svatého chrámu tvé slávy. Skrze téhož Krista, Pána našeho. R̄. Amen.

Et mox tradit Sacerdos infantem matri.

5. Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta in modum Crucis, dicens:

**Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, et † Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. Amen.**

Pokoj a požehnání všemohoucího Boha Otce i Syna i Ducha svatého sestup na vás a spočívej na vás vždycky. Amen.

## CAPUT 4.

**BENEDICTIO MULIERIS POST PARTUM PROLE  
DEMORTUA UBI MORIS EST**

(adprobata a S. R. C. die 15. Julii 1869 pro Provincia Prag.)

1. Sacerdos, superpelliceo et stola albi coloris indutus, cum ministro, vas cum aqua benedicta et candelam ardentem portante, accedit ad fores ecclesiae, et mulieri genuflectenti porrigens candelam et aspergens eam aqua benedicta, alloquitur eam his vel similibus verbis:

